g omnis mali. Sic tuba non sonat nisi
manu teneatur / nec predicatio valet
nisi prius opere impleatur. Deut. 33. In
dextera eius ignea lex. Sic tuba
auctor est ex parte canentis / sonorus ex
parte audientis / sic vita predicatoris
auctor debet esse quia ipsi et predicatori
auctoritas sibi quod ipse prius debet imponere
h et sic non modo sic ergo / unde Mt. 23. Super
cathedram Moysi sedent scribe et pharisei
quecumque dixerint vobis facite / secundum autem opera
eorum nolite facere. dicunt enim et non
faciunt / et imponunt in humeros hominum
onera gravia et importabilia / digito autem
suo nolunt ea movere / unde bursa est
tuba cum labiis / predicator ad se

tantum ad psalmum / et ideo non potest bene sonare
Et primus angelus. Hec est pars post cantica
que agit de .7. angelis et clangore
eorum / unde dicitur id est .7. partes sub mysterio
angelorum qui ibi sunt tubis canentium / Nam
de tubicinis aliorum tunc agit in sequentia
capitulo / Per hos autem septem angelos significantur
septem consolatores ecclesie / vel septem
ordines predicatorum consolantium ecclesiam
secundum statum suum. Et nota quod G. dicit 1
angelos tuba canere. In veteri
testamento dicuntur sacerdotes tubis clangere
In novo testamento est clangor tube quia
tenuit terrorem / in novo cantus tube
est quia invitat ad amorem / dicit Gregorius.
Et primus angelus id est primus ordo pre
dicatorum secundum ordinem narrationis / Nam
ordo angelorum intelligitur secundum ordinem
ordinum persecutionis ecclesie / tunc duas
apostolos? mittebat ad suscitandum suscitavit
et dominus contra mittebat consolatores
sic legitur in Iudicum primo / suscitavit
dominus iudices contra quos misit deus
populos / 2o Ionas contra quos misit
dominus martires / 3o hereticos contra k
quos misit dominus doctores / 4o paganos
falsos seu scismaticos contra quos
misit dominus pauperes predicatores
5o mittet antixpm contra quem
mittet dominus Eliam et Enoch /
6o est tempore demonum senicia / contra
quem est ipse dominus qui post solus dominum
suum et omnis malitia refrenat
unde devictus pax est / unde in nocte
septem angeli ulterius obstaculum in
venit / dicit Gregorius. Primus angelus
id est primus ordo predicatorum tuba ce
cinit id est consolatus ecclesiam predicavit
hic ordo fuit apostolorum qui primo pre
dicaverunt contra senicia Iudeorum / quia
predicatores fidelibus cantatus fuit.

d. predicatio debet duo facere
e. convivium quod faciet dominus electis in celo
f. tuba notat aditum
g. predicatio contra tuba propter plura
h. predicatores dicunt mala propter plura

1 dominus contra septuplicem persecutionem misit
septuplicem consolatorem
k. predicatio apostolorum fuit duplex et
unde et contra quos fuit.

·i· dulces et suaues / Sz iudeis clan-
gor tube terribilis / cui aut(em) securi
fuit audiuit tuba(m) eius magis / Et
facta e(st) grando ·i· doloris commocio in
iudeis / qui perterriti fuerunt ad p(re)dica(cionem)
apl(osto)lorum / Et ignis ·i· ardor indig-
nacionis eorum de g(ra)cia apl(osto)lorum q(ui)
resistendo poterant / Un(de) i(n)o q(uod) d(omi)n(u)s
dicit Luce ·21· Dabo uobis os et
sapienciam cui non poterunt resistere omnes
aduersarij u(est)ri / Act(uum) ·6· Conuenerunt
quidam de synagoga disputantes
cum stephano et non potuerunt re-
sistere sapiencie et sp(irit)ui qui loquebatur / Et
in eodem septimo · audientes aut(em) hec
dissecabant cordibus suis · Et stri-
debant dentibus in eum / q(uod) erat signum
maxime ire et indignacionis / Et facta
e(st) grando ·i· exterior p(er)secucio iudeorum
in apl(osto)los / Et ignis ·i· interior exu-
stacio eorum de / Et hec duo mixta erant
sanguine / q(uia) iudei ex nimio zelo
et indignacione sanguinem apl(osto)lorum
effundere uoluerunt / Et aliquorum
effuderunt ut stephani et utriusque
iacobi / et multorum aliorum / Hec mi-
xtio fuit significata Exo(di) ·9· ubi
d(icitu)r grando et ignis mixta p(er)i-
ter ferebantur / Uel possimus dicere q(uod) p(er)
grandinem intelligitur indignacio et
ira et p(er)secucio iudeorum / p(er) ignem
inflammacio cordis et insania con-
gnicionis cordis eorum / q(uia) apl(osto)lis p(re)-
dicantibus iudei magis ac magis
indignabantur et p(er)sequebantur apl(osto)los ·
Et cor eorum magis ac magis in-
flamabat(ur) ad rancorem / Et insania-
bat in cogitacionibus ipsorum / Et exhis
oriebatur tacito homicidium in iudeis ·
Et ita et grando et ignis mi-
xta erant sanguine / q(uia) fuit ca(usa) occi-
sionis eorum / Et missum e(st) in terram
·i· in iudeos terrenos / hec tanta si-
gnificacio ignis et sanguinis / a quo missum
auctor(e) suggerente / u(e)l missum ad di-
uinam ira(m) ·i· (con)tra terrenos iudeos
Et nota q(uod) dicit missum e(st) i(n) p(ro)pt(er) al(iquid)
q(uia) p(ro)pt(er) hoc perdiderunt iudei om-
nem p(ro)sperit(atem) sz regnum et sacerdocium / Un(de)
Osee ·3· dies multos sedebunt filij
isr(ae)l· sine rege et sine principe
et sine sacerdote / et sine altari / et sine
ephod / et sine seraphym / Et tercia
pars terre combusta e(st) / hoc fere uidet(ur)
combustum e(st) = Prima pars iudeorum
fuit illi q(ui) an(te) p(re)dicacionem (christ)i et apostolorum
crediderunt / 2a illi qui postea per
apl(osto)los crediderunt / 3a omnes illi
qui credere noluerunt / Et hec combusta
e(st) igne pc(cat)i / u(e)l combure(n)da igne
inferni / Et dicit· iudei t(er)ra / arbores /
et fenum / t(er)ra quidem / q(uia) p(ro) lege et
p(ro)phetas fuerunt excultis et sati / Ar-
bores p(ro)pt(er) fide(m) unius dei q(ui) eleuati
fuerunt in celum / fenum p(ro)pt(er) cupiditate(m)
temporalium qui se t(er)renis adheserunt
Et quidam iudeorum legis et p(ro)phetarum
doctrina bene usi sunt / quidam male
sicut d(ictu)m e(st) / Et tercia pars terre / Et tercia pars
arborum combusta e(st) / q(uia) licet unius
dei quidam bene usi sunt / quidam uero male
sz q(uia) nos pt bene uti dualitate(m)
d(icitu)r q(uod) oe fenum combustum e(st) / Item
p(er) ista significat(ur) status subditorum / qui
terrent arboribus et omnes suo labore
sustentat / Horum tres sunt partes / s(cilicet)
incontinentes / peruersi / p(ro)bati / Et
hec tercia pars combusta est in terra
·12· dicit(ur) draco trahens tercia(m) parte(m) :

·a· Iudei q(ui) p(er)diderunt regnum et sacerdocium
·b· Iudeorum tres partes sunt
·c· Iudei dicuntur t(er)ra arbores et fenum p(ro)pt(er) t(er)ra
·d· Subditi dicuntur t(er)ra et sunt ephites

e stellarum candida sua. Item per arbores
signantur prelati qui super alios sunt elevati
et sunt folia verborum in multiplicatione et
fructus operum in sanctitate et ramos
exemplorum ad refrigerationem et stant
inmobiles sicut [illegible] tribulationum
ventis agitentur. Sunt et inde et
horum tres sunt partes. quedam magis vacat
orationi lectioni et contemplationi. quedam magis
actioni predicationi et visitationi. tertia
magis litibus et causis et terrenis nego-
ciationibus. Et hec pars combusta et combu-
renda. Est combusta igne avaricie
de quo Job 15. Ignis devorabit taber-
nacula eorum qui libenter munera acci-
piunt. vel igne luxurie de quo Job
26. Ignis est usque ad consumptionem
devorans omnia eradicans germina.
Et comburenda est igne gehenne. de quo
Ysa. ultimo. Ignis eorum non extinguetur.
Per fenum non virens significantur omnes illi qui
gaudent de mundo [illegible]. Et hii sunt
combusti sunt id est cito comburentur igne in-
ferni. Hoc est enim fenum quod hodie virens
et cras in clibanum id est infernum mitti-
tur. ut dicitur Mt. 6. Ysa. 40. Omnis caro fenum
et omnis gloria eius quasi flos agri. Fenum
sunt homines dum virent in sede vanitate
sed quia virorem cito amittunt non co-
[illegible] post mane floreat et transeat
[illegible] talis est qui mane
[illegible] videtur florens id est bonus et in
vespere adversitatis desiccatur et pre-
dit florem. de quo dicitur Ysa. 40. Exsiccatum
est fenum et cecidit flos [illegible]
suo totum [illegible] fenum combustum quod omnes
qui [illegible] vicini sunt
eterne combustioni [illegible] Jac. 1.
Gaudete fratres cum in varias temptationes
inciditis [illegible] ne indignemini si mali
floreant in mundo et vos patiamini. non enim
[illegible] religionis est in temporalibus exaltari
sed potius deprimi. Mali nichil habent
in celo. vos nichil in mundo. Et sic spe illius
boni ad quod tenditis quod est vobis in via
[illegible] gaudere potius debetis quam dolere.
Moraliter primus angelus est fides que est
prima virtutum. super id primum petit caput
pugnantium fides. Hec facit duo scilicet gaudium
et ignem. per gaudium significatur dolor et
contritio peccati. Hec non facit fides nisi
[illegible] per [illegible] anima [illegible]
formata per fidem cognoscit peccatum et potest
peccatum id est quod per peccatum obligatur pene in-
fernali [illegible] duo [illegible]
[illegible] omnium. Jo. dicitur tuba
[illegible] id est [illegible] peccatum. Hec
duo [illegible] tria pars terre
et tria pars arborum et omne fenum
combustum est [illegible] accipit [illegible]
[illegible] tres sunt partes. Prima
est usus pietatis in proximum. 2a est usus
[illegible] in seipsum. 3a est usus volun-
tatis in corpus [illegible] et hec tria pars comburitur
igne predicto. Per arbores non status
contemplationis designatur cuius tres sunt
partes. Prima est desiderium orationis. 2a est
studium lectionis. 3a est ocium meditationis
et comburitur per opera meditationis.
Per fenum virens significatur voluptas carnis
[illegible] Ysa. Omnis caro fenum et
omnis gloria eius quasi flos agri. Unde et
omne fenum combustum dicitur quia omnis voluptas
carnalis per dolorem [illegible]. Unde Paulus
ad Gal. 5. Qui Christi sunt carnem suam cru-
cifixerunt cum viciis et concupiscentiis. Et
secundus angelus [illegible] 2a pars huius capituli

e Prelati dicuntur arbores [illegible]
f Horum tres partes sunt
g Mundi amatores dicuntur fenum

h Fides duo facit
i [illegible] tres partes
k Contemplationis tres partes

sed tamen agitur de secundo angelo id est secundo or-
dine predicatorum ecclesie qui est eciam martirum
sed tamen dispersi et fugati et dispersi a
iudeis transierunt ad gentes et recepi
ssent fidem et predicacionem. Dyocletianus
contra eos tyrannide principum romanorum
tunc tenebat dominium totius mundi quia eciam
tunc multos martires occiderunt hii martires
secundus angelus. Dequo dicitur Et secundus angelus
id est secundus ordo predicatorum scilicet martires qui
apostolis successerunt et eciam contemporanei
ipsis fuerunt sed tamen dicuntur secundus angelus
quia primo iudeis per apostolos predicatum est
secundo gentibus per eosdem apostolos et per
martires simul. Unde et apostoli qui gentibus
predicaverunt ad secundum angelum pertinent
et licet predicando iudeis fuerunt su-
primo tuba cecinit id est terribiliter
et dulciter predicavit gentibus sed tamen
in tuba dulcedo significat predicacionis
iocunditatem. Nam predicatores terrere
debent comminando et dulcorare alliquando
consolando et promittendo. Sic fecit
Io. Baptista Matthei 3. Penitenciam agite
propinquabit enim regnum celorum. Et ecce cantus
suum adiunxit. Iam securis ad radicem
posita est et cetera tuba. Et est tam-
quam mons id est Dyocletianus qui dicitur mons propter tumore
elacionis et rigiditatem oppressionis magnus
propter potestatem. Job 41. Non est potestas super
terram que comparetur ei qui factus est ut
nullum timeret. Vel magnus dicitur quia habuit altam
magnitudinem propter superbiam quia dicit Deus
exigit. Psalmus. Superbia eorum qui te oderunt ascen-
dit semper. Et habet latitudinem propter invidiam
quia se extendit ad omnes ut ei no-
ceat. Sap. 2. Invidia dyaboli mors
intravit in orbem terrarum. Et habet spi-
ssitudinem seu profunditatem propter avariciam
qua seipsum occidit. Altitudo res-
picit superbiam quia dyabolus volens as-
cendere supra cecidit infra. Ysa. 14. Qui dice-
bas in corde tuo ascendam in celum et ero
similis altissimo verumptamen in infernum detraheris
in profundum laci. Latitudo respicit dextram
et sinistram quia dyabolus invidia nocet utris-
que in mundo id est bonis et malis. Job 40. Ab-
sorbebit fluvium id est peccatores et non
mirabitur habens fiduciam quod influat ior-
danis id est boni os eius. Spissitudo re-
spicit ante et retro quia invasit dicipulos Christi
illos qui adhuc quasi retro erant. De hoc
monte dicitur Zach. 4. Quis tu mons
magne coram zorobabel in planum.
Igne ardens scilicet in iudicio ad modum
Job 41 de capite eius id est vehemoth. Lam-
pades procedebant sicut flamme ignis
ardentes vel igne gehenne ardens.
Quo ardet quamdiu vadat. Missus est
in mare id est ad gentiles amaros et fluc-
tuosos. Ysa 57. Impii quasi mare fervens
quod quiescere non potest ut eos contra predicatores
predicatores concitaret. Et aquo fuit
missus ut dicitur a deo permissione vel
ipsa libidine. Et facta est tercia pars maris
id est gentilium sanguis id est crudelis sicut
sanguine sitiens eorum qui credebant. Tercia pars sci-
licet peccatores non dicuntur conversi quia in medio pre-
dicacionem fecerunt. Et prima pars
maris id est gentilium ut dicitur illi qui
fidem aperte receperunt et confessi fu-
erunt. Secunda pars illi qui occulte receperunt
sed timore confiteri non audebant. Et pars
que nec aperte nec occulte receperunt
sed in sua malicia remanserunt. Et tercia
pars maris id est mundi facta sanguis id est san-
guinolenta sanguine sanctorum quos persecuti
sunt ut dicitur. Et ima pars est simplices id est
minores laici. Secunda est simplices cleri.
Tercia pars est principes et prelati. Et hec
facta est sanguis. Et mortua est

a Tuba duo facit sicut predicacio facere debet
b Dyocletianus dicitur mons propter duo videlicet magnus
amplius
c Dyocletianus mittit duplex
d Gentiles tres partes
e Mundi tres partes

Ista tercia pars mortua est morte per-
petua pars. Mors peccatorum pessima. Et
tercia pars creature eorum que habebat animas
in mari, hii sunt philosophi qui fuerunt destructores
sua dum animas habere in mundo. Unde ipsi
dicuntur creatura mundi ... id est vana com-
posicione. In visibilibus igitur dicuntur creatura
mundi, id est a philosophis per ea que facta sunt
intellecta conspiciunt. Tres sunt partes horum:
una pars per sola diligencia ... et in spiritu
divina sunt conversi. Alia pars per auditum
predicacionis. Tercia pars nec sic. Et hec
tercia est tamquam sanguinis quia in sanguine stercore
descendentes, et quia in suo errore per-
manserunt. Et tercia pars navium inte-
riit, id est principum alios gubernancium
interiit multitudo peccati. Horum tres sunt
partes: quedam doctrinam catholice predi-
cacionis approbaverunt, sed non recepe-
runt; alii nec receperunt nec approba-
verunt, sed secundo persecuti fuerunt.
Et hec pars interiit. Et similiter
... angelus est spes, que est pars tercia.
Hec tuba canit, quia penitenti veniam
promittit. Et mons magnus, id est
sublimatus, igne ardens, id est caritate
accensus, mittitur in mare, id est in amaritudinem
doloris et timoris, quia fides in dupli-
ci ne omnino absorbeat peccatorem despe-
racione. Et tunc fit tercia pars maris
sanguis et moritur. Et tercia pars creature
eorum que habent animas in mari. Et tercia
pars navium interiit. Prima pars maris
est amaritudo timoris, secunda amaritudo do-
loris. Ex hiis duobus aliqui sunt tercia pars
amaritudo desperacionis, sed hanc omnino
excludit securitas spei. Et tollit
sanguinem, id est in prima asperitate et carnis
mortificacione. Sic prima pars eorum
que habent animas in mari est timor pene mundi,
secunda timor pene purgatorii, tercia timor
pene inferni. Hanc tollit securitas

spei. Et tollit sanguinem, id est in prima
asperitate. Et sic moritur, id est omnino ex-
cluditur. Sunt naves sunt hic mentis
cogitaciones, quibus ipsa mens fertur
super aquas huius mundi. Horum prima 1
pars sunt cogitaciones naturales circa acciones
carnis. Hec que sunt naturalia absolute ...
Secunda pars sunt cogitaciones pie que sunt circa ea
que pertinent ad utilitatem proximi vel carita-
tis. Tercia pars sunt cogitaciones vane
que sunt circa vanitates mundi. Et hec tercia
pars omnino interiit, canente tuba spe,
id est spe promittente veniam timorem dei.
Unde psalmus: In spiritu vehementi conteres naves
Tharsis, id est cogitaciones exploratores
et vanitates gaudia huius mundi. Et tercius
angelus, id est tercius ordo predicatorum,
tuba cecinit, id est contra hereticorum astucias
seu astucias versucias predicavit, qui
adversum ceterorum post iudeorum seviciam
et gentium maliciam quia tercio loco dyabolus
suscitavit post mortem apostolorum et
martirum. Sed dominus contra eos confessores
et doctores preparavit, qui eos racione et scriptura
auctoribus confutarent. De quibus dicit
Job 38: Numquid ingressus es thesauros
nivis, et thesauros grandinis as-
pexisti, que preparavi in tempus hostis, et
in diem pugne et belli? Thesauros k.
nivis et grandinis vocat
sanctos prius absconditos, quos dominus
preparavit contra maliciam iudeorum et
gentium et versucias hereticorum. Et cecidit
de celo, id est de ecclesia vel de fide catholica
vel de societate fidelium, stella magna, id est
hereticorum turba
id est magnus quasi lucerna nocte lucens,
id est devote exterius ... et obscura
ardens. Job 20: Ingredietur bestia la-
tibulum suum et in antro suo morabi-
tur. Proverbiorum 9: Aque furtive dulciores sunt
et panis absconditus suavior. Jo 3: ...

Marginalia: l' receperunt alij approba uerunt | hostis ... terra clara ... homo ... se ...

F. Horum tres partes
S. Principum tres partes
h. Spes tercia tollit
Spes explicite terciorum tollit

1 Cogitaciones mundi sunt explicite
k. Thezauri dicuntur dei

cum male agit obstinatus et non vult
adhuc ut non arguatur opera eius.
De hoc canit dicit apostolus i. thi. 6. de
vitans prophanas vocum novitates
et oppositiones falsi nominis scientie quam quidam
promittentes circa fidem exciderunt. Sec
illa quartum dicitur heresiarcha quilibet quia lucem
nocte. i. quia nocte docet in occulto
unde Job. 24. oculus adulteri obser-
vat caliginem. Magna dicitur propter mul-
titudinem sequacium eorum. i. stultorum
infinitus est numerus. Et propter arrogantiam
suam et violenciam sibi exhibitam
Ysa. 16. audivimus superbiam moab
superbus est valde superbia et arrogancia eius et
arrogancia et superbia et altitudo
cordis eius ego scio ait dominus
Ardens igne in iudicio quia doctores ec-
clesie non sicut vera stella sed potius
sicut facula que alios scripturam con-
sumit et lucet quia incendit in caritate bone
eternum redigit. Naum 2. facies
omnium quasi nigredo olle. Et cecidit
propria principatus superbia in tertiam
partem fluminum. i. scripturarum. Prima
pars vetus testamentum, 2a novum,
3a expositores scripturarum. In hanc cadunt
quia ipsam non recipiunt. Vel prima
pars fluminum s. scripturarum est expositio
historialis, 2a expositio spiritualis
tercia fictio sive adinventio heretica. Et
in hanc cadunt ipsi quia secuntur sensum suum
non spiritum sanctum. Et in fontes aquarum
qui sunt propter quattuor evangelia que ipsi sibi
male exponendo depravant. Sed
certius scripturas propter sensum septies.
Et nomen stelle dicitur absinthium quia
amaritudinem parit intelligencie in dulcedinem
et quos abducit seducit in amaritudinem
gehenne perducit. Et ita sicut ab-
synthium mixtum sapidos cibos corrumpit

facit amaros. Sic perversa expositio
hereticorum cibum scripture sapidum et
dulcem reddit abhominabilem et amarum
Ysa. i. Gal. 4. modicum fermentum totam
massam corrumpit. Et facta est tercia pars
aquarum. i. hominum vel tercia pars aquarum
expositionum sed tamen sapientum absyn-
thium. i. infecti. Et abhominabiles
facti sunt sicut perversa doctrina et doc-
tores quos secuti sunt. Et multi homines
mortui sunt ab eo separati qui est vera
vita fidelium. ex aquis. i. de usu
aquarum infectarum hoc est ex receptione
doctrinarum pravarum. quia amare facte
sunt. i. expositione perverse sunt. Et admixtum
est fel heretice pravitatis seu falsitatis
cum vino catholice veritatis. Ysa. i.
argentum tuum versum est in scoriam. vinum
tuum mixtum est aqua. Ecc. 2. Et facie
habitatio civitatis optima. i. sacre
scripture. sed cum pessime sunt. i. expositores
hereticorum perverse ipse decepti est cum
ipse dulce est sed admixto heretice
falsitatis facit amaram. Sap. 4.
Multigena impiorum multitudo
non erit utilis. Et adulterine planta-
tiones non dabunt radices altas
Et fructus eorum inutiles et acerbi ad
manducandum et ad nichil apti. Ideo
in quibus enim omnes filii qui nascuntur
testes sunt nequicie adversus parentes. Ideo
dicitur Ysa. 30. amara est potio bibentibus
eam. Sunt et dulcorari [illegible] aque per
salis appositionem. i. per sale sapientie [illegible]
et doctorum. unde 4. Reg. 2. dicitur Elyseus
helyseus ad fontem aquarum misit
in eum sal. Et ait. hoc dicit dominus sanavi
aquas has et non erit ultra in eis mors
neque sterilitas. Et per lignum in-
missum hoc etiam figuratum fuit in
Exo. 15. ubi dicitur murmurabant populus

a heresiarcha dicitur stella nigra et cetera ex plexo
b scriptura triplex et eius expositio triplex
c Evangelia quattuor dicuntur fontes aquarum
d Mala doctrina dicitur absynthium
e hereticorum doctrina multa mala parit
f aque amare dulcorantur per sal

contra Moysen et quid bibemus. At ille
clamavit ad dominum qui ostendit ei lignum
quod cum misisset in aquas in dulcedinem
versae sunt. Per lignum autem vita sapientiae
designatur. unde proverbiorum 3. lignum vitae est
his qui apprehenderint eam. Et qui tenuerit
eam beatus. Aliter alibi expositum. Et tertius
angelus tuba cecinit. id est tertius ordo
praedicatorum incepit. Et cecidit de
caelo stella magna. id est diabolus de splendore
angelico. unde ysaiae 14. quomodo cecidisti
lucifer qui mane oriebaris. Sed quomodo
dicitur quod nunc cecidit de caelo diabolus ca-
dente 3o angelo qui a principio mundi
cecidit. Solutio. Non dicitur tunc cadere
quia tunc cepit actus eius certatim de-
servire. unde tunc apparuit casus eius.
Luce 10. videbam sathanam sicut fulgur
de caelo cadentem. Et quanto magis tunc
angelus clarescebat tanto magis diabolus
sentiebatur. Dicitur Igne ardens. id est in
invidia sui eius tamquam facula quae tota
ardet. Sapientiae 2. invidia diaboli mors
introivit in orbem terrarum. Et cecidit
in tertiam partem fluminum. Et in fontes aquarum.
Fontes sunt doctores maiores qui dicuntur
heresiarchae. Flumina discipuli eorum. Flumina
enim a fontibus oriuntur et postea currunt
in mare. Sic ab heresiarchis discipuli
nascuntur qui postea sequentes in gressus
suos currunt in infinitum. Aquae fontium
sunt populi ab eis decepti. id est credentes
doctrinis eorum. unde infra 17. aquas
quas vidisti ubi meretrix sedet populi
sunt et gentes et linguae. Fontes et flumina
sunt omnes heretici qui tertiam partem mundi
continent. In quos diabolus cecidit tunc quia
per eos doctrinam erroris seminavit. Et
quia isti sub specie sanctitatis praedicant ideo
nomine stellae appellatur qui prius mons
dicebatur cum deo non ... —

angebatur. Magna non dicitur quia tota magna
et potentes per eos seducuntur. Sed quia
doctrina hereticorum perfusa est et ad in-
finitum durat. Job 8. Nomen stellae dicitur
absinthium quae est herba amarissima.
Et ideo iste per eam significatur hereticorum doctrina 1
quae iste amara est per falsitatem quam continet
et amaritudinem infinitam continet. Et facta est
tertia pars aquarum in absinthium. id est tertia
pars hominum est infecta doctrina hereticorum
ut prima pars dicta quae numquam fidem
tenuerunt ut pagani et iudaei. 2a
quae fidem receperunt et ab ea non re-
cesserunt sed servant eam ut veri christiani.
3a quae fidem receperunt sed ab ea recesserunt
ut heretici de quibus 1a Johannis 2. Ex nobis pro-
dierunt sed ex nobis non erant. Nam si ex
nobis fuissent permansissent utique nobiscum.
Et multi homines sunt mortui de aquis.
id est de hereticorum doctrinis quae amarae
factae sunt per illos hereticos male expo-
nentes. Et id est multi mortui non
tamen morte animae sed morte corporis quia
multi sunt combusti. Et quartus angelus etc.
Super dictum est in principio huius capituli quod per hanc
visionem ostendit praedicationem sanctorum mo-
strans per communicationem temporum damnatorum
Et distinguit per septem status ecclesiae
Et septem clangores tubarum. Et septem
angelos. Primus angelus fuit primus ordo
praedicatorum quo tempore status ecclesiae
damnatus damnatorum in ... Et
ostendit ibi peccata damnatorum suppositorum
transgressionis. unde dictum est ibi quod primo angelo
clangente id est cetu apostolico praedicante
facta est grando id est verborum contumelia. Et
ignis id est amorum iracundia mixta
sanguine id est corporum interfectione. Et com-
busta est terra per terram et arbores. Et omne
fenum viride id est cupidi quod per terram. Et clari
qui per arbores. Et ... quod per fenum

Casus luciferi
fontes flumina et aquae fontium quid significent per-
et aquae credentes
i. Doctrina hereticorum dicitur absinthium propter duo
a. homines tres partes

Designatur Et

designant. Et dicitur terra propter cohibitionem que
dine sunt partes electorum scilicet innocentes et
penitentes. Et terra propter reproborum ut
dictum est. Secundus angelus fuit secundus ordo
predicatorum siue predicatiuus qui ad secundum
statum ecclesie denunciauit dampnationem tyrannorum
principumque martires occiderunt. ubi
similiter ondit pena dampnationis persecutorum
christianorum. vnde tyranni principes significant
per mare propter elationem superbie et amari-
tudinem. Et dicitur ibi et secundus angelus cla-
gente id est secundo ordine predicante predicatores
mons magnus id est diabolus quidem mons propter superbiam
Magnus propter potentiam. vnde Iob xli. Iste est
pater super terram qui comparetur ei qui factus est
ut nullum timeat. omne sublime videt
ipse est rex super omnes filios superbie
dicitur igne ardens id est inuidia fu-
rens contra homines quia locum eius adeptus
est per humilitatem quem ipse perdidit per
elationem. Et dicitur missus in mare id est in tyrannos
quos inflammauit contra sanctos. Et tertia
pars maris facta est sanguis. et mortua est
tertia pars creature quae habebat animas in mari
Et tertia pars nauium interiit. Tres
ponit diuersas penas pro diuersis culpis.
Mare designat superbiam tyrannorum ut
dictum est. Creatura habens animam in mari
designat carnalitatem eorum. naues uero
cupiditatem eorum. Cupiditate enim sicut
naues agunt de prouincia in prouinciam
et contra ignorantiam ad augendas diuitias
tumgerunt homines. et hec in uoluntate et aqui-
sita que sunt due partes scilicet potentia et poten-
tiarum comparatione. tertia pars sunt reprobi
ideo dicitur tertia pars sanguis facta est et mor-
tua est. Tertius angelus fuit tertius
ordo predicatorum quo ad tertium statum
ecclesie denuntiauit dampnationem hereticorum
qui fidem ecclesie corrumpere voluerunt
unde eorum diabolus qui nunc perfidos

nec perfidos potuit compungere ecclesiam
suscitauit hereticos contra ipsam ut dictum est
ibi. et tunc tertio angelo clangente id est tertio
ordine predicante scilicet confessorum. cecidit de
celo stella magna ardens tamquam facula
Et cecidit in tertiam partem fluminum et in
fontes aquarum. Et dictum est quod diabolus dicitur
stella propter statum. Magna propter potentiam
ardens propter inuidiam que de celo cecidit
in tertiam partem fluminum id est in tertiam partem hominum
id est super hereticos maledictos scilicet et in homines
per quos multi postea mortui sunt illis
assentientes. Quartus angelus est quartus
ordo predicatorum quo ad quartum statum
ecclesie denuntiauit dampnationem ypocritarum
Et hoc narratur ut putatur. sic dicitur
Glossa. ita sequentia narrantur ut futura quo
ad finalem statum ecclesie. Nam licet iam fuerint
clangentes tres angeli scilicet quinta sexta
et septima tamen innuunt antecessores
antichristi et eius antichristi persecutores finem
mundi. Et quartus angelus hic
igitur ondit dampnationem ypocritarum. secundum
triplicem differentiam eorum. Et primo ondit dam-
pnationem ypocritarum prelatorum
qui significantur in tertia parte solis. Secundo ondit
dampnationem ypocritarum clericorum qui significantur
in tertia parte lune. Tertio ondit dampnationem
ypocritarum religiosorum qui significantur in tertia parte
stellarum. Quarto ondit dampnationem ypo-
critarum laycorum qui significantur in tertia parte diei.
dicit ergo. Et quartus angelus id est quartus
ordo predicatorum qui modo sicut tuba ce-
cinit id est aperte predicauit. Et percussa
est tertia pars solis id est talis predicatoris
eorum prelatorum. Prelatos solem ut dictum est significat prelati
ecclesie. Ista sicut sol totum mundum illuminat
ita prelati totam ecclesiam debent illuminare
ut dicitur Matthei v. Vos estis lux mundi. Sicut
sol non variatur per elementa et eorum contraria
set stat. sic prelati stabiles debent esse

a. Mare significat elatos et mariti dos
b. Pena temporalis temporalis culpe
c. Hominum tres partes
d. Diabolus dicitur stella magna ardens propter etc.
e. Ypocrisis in eorum generibus hominum
f. Prelati dicuntur sol propter duo.

ut nec adversitate nec prosperitate nec
detractione / nec adulatione moveatur
/ unde Eccli. 24. homo sanctus in sapientia manet
sicut sol / 2. Reg. 14. sicut angelus
dei sic et dominus meus rex / ut nec
benedictione i. adulatione nec male-
dictione i. detractione moveatur / Secunda
tercia pars patitur sed non occidit / quia fidem
uniformem retinent / sed in moribus deficiunt.
S Horum tres sunt partes / nam sol corpus
est magnum / in quo notatur potestas pre-
latorum / Et hec est prima pars / Item sol est
corpus calidum saltem in effectu / in quo notatur
caritas prelatorum / Et hec est tercia pars / que
fere in omnibus prelatis percussa est / quia in sua po-
testate et fide remaneant / set nove cari-
G tatis perdiderunt / Item prelatorum quidam
ardent et lucent / hii sunt prima / alii ar-
dent sed non lucent / hii sunt secunda pars / alii
lucent sed non ardent / hii sunt tercia pars
solis / Et hec percussa est a serpente
ignito / Et ideo non invenit unde recu-
perat medicinam / iuxta illud Eccli. 12.
quis medebitur a serpente percusso
i. a dyabolo. Difficilis est eius curacio / Caput
enim animalis difficiliter excoriatur / Hec pars
prelatorum percussa est quia lucet exterius
simulata sanctitate sed non ardet interius vera
caritate / Et hanc percussit dominus Mt. 23.
ubi dicitur / ve vobis scribe et pharisei ypocrite
qui similes estis sepulcris dealbatis / que
foris apparent hominibus speciosa / intus
vero sunt plena ossibus mortuorum / Sic
et vos quidem a foris apparetis hominibus
iusti / intus autem pleni estis ypocrisi et
iniquitate / Et tercia pars huius percussa est
similiter gladio ypocrisis et simulacionis / vel
potius gladio predicacionis / scilicet ypocrisim
1 et simulacionem / Stellarum celi designantur / nam
sicut a sole recipit lumen luna / sic a
prelatis ecclesia informatur / Et quales sunt pre-
lati / tales sunt ecclesia / unde Eccli. 10. qualis

Marginalia: Splendet ... prelatorum ... ; incantatori

rector civitatis tales habitantes in ea / Horum
tres sunt partes / nam alii sunt scolares / qui
frequentant scolas / alii sunt chorales
qui sequuntur choros / alii sunt civiles
qui sequuntur curias principum et prelatorum
/ Et hec tercia pars vere tota percussa est
et vita eorum mortua / de quibus dicitur
Mt. 11. ecce qui mollibus vestiuntur in
domibus regum sunt / Et tercia pars stellarum R
/ hic agitur de statu religiosorum / qui per
stellas signantur / stelle enim parve viden-
tur / magne sunt / Sic religiosi parvi
debent videri exterius in mundo et magni
interius coram deo / Item stelle nocte illuminant
et religiosi ceteros / unde Phil. 2. Inter
quos lucetis sicut luminaria in mundo
/ Item stelle stant fixe in celo / in pauce
que moventur scilicet planete / Sic religiosi plures
stant in claustro / et pauci sunt officia-
les qui discurrunt negocia exteriora
/ unde Judic. 4. stelle manentes in
ordine suo pugnaverunt contra Sisaram
Horum tres sunt partes / iuxta tria que vovent P
omnes scilicet obedienciam continenciam paupertatem
Prima et secunda pars / non sunt adhuc ita
aperte percusse / sed tercia scilicet paupertas iam
omnino et aperte fere ubique percussa
est / ita ut dicat apostolus / omnes que sua
sunt querunt non que Ihesu Christi / Et hoc est signum quod
refrigescit vel deficit caritas / quia
caritas non querit que sua sunt / sed que illius
/ Contra hoc dicitur Phil. 2. non que sua
sunt singuli considerantes sed que aliorum
Item tres partes stellarum i. religio-
sorum sunt prelati / officiales / claustrales
hec tercia pars percussa est et hoc pro
magna parte vel hic simulacionis / quia
multi simulant sanctitatem / Secundo sunt offi-
ciales vel prelati / Ita ut obscuraretur
tercia pars eorum i. amittent in tercia
illuminatorum et sui / ac dici cogitationes

S. Prelatorum tres partes
G. Prelatorum tres offensus

I. Clericorum tres sunt partes
R. Religiosi dum stelle scilicet tria
P. Religiosorum tres partes

dici · et tertia pars

a Et non luceret tertia pars et noctis
similiter / Hic agit de ypocrisi laycorum
qui nomine diei et noctis intelliguntur / nam
sicut dies a sole / nox autem a luna et stellis
recipit lumen / sic laici a prelatis et
clericis religiosis doctrinam et informacionem
Horum autem tres sunt partes / prima illi qui
aliis dominantur et nulli serviunt ut prin-
cipes maiores / secunda illi qui in operibus serviunt
et nulli dominantur ut rustici laborantes
3a sunt medium statum tenentes / qui scilicet potioribus
serviunt et vilibus dominantur / quelibet istarum
potest dici tertia pars / Et licet quelibet istarum
percussa sit ~~[illegible]~~ tamen ista ~~[illegible]~~ conposi-
2o maxime percussa est quia omnes illam op-
primunt et spoliant / et nullus eam defendit
unde contra dominos Ysa. 3. dicens quare
atteritis populum meum / et facies eorum
b commolitis / vel dicuntur partes laycorum secundum
[illegible] et [illegible] decimo eorum / tertia pars
sunt in temporibus meis eos / vel tertie prima pars
sunt illi qui sunt in statu virginali / 2a illi qui
sunt in statu viduali / 3a illi qui sunt in
statu coniugali / Et iste status in tem-
poribus quidam sunt boni et perfecti / quidam in temporibus
Et sic tertia pars percussa / Et vidi
Hic ostendit dicta intentione eorum predicatorum
missiones / Et tres sequentes / nam
eorum precedentes narravit ut preterita / tres
autem sequentes narrat ut futura / Sequitur
potest intelligi quod tres sequentes status
ecclesie contineant et periculosiores quam
fuerunt eorum precedentes / Ideo introducit
vocem unius aquile volantis / per quam signatur
predicatorum sublimium cetus / qui istas
miserias peccatoribus denunciat / dicit
ergo Et vidi visu interiori id est intellexi
c Et audivi auditu exteriori vocem
unius aquile id est predicatorum qui dicuntur
aquila propter acutum visum et altum vo-
latum / aquila sicut de ultra mare

videt escam suam / sic predicatores non
non in isdem modo sed ultra in celis conspiciunt
et querunt suam refectionem / Job 39 / numquid
ad preceptum tuum elevabitur aquila /
Et in arduis ponet nidum suum / in
petris manet et in inruptis silicibus
commorabitur / atque in accessis rupibus
inde contemplatur escam / Et de longe oculi
eius prospiciunt / Dicitur autem una
aquila licet multi sint propter concordie d
unitatem / quia concordiam habent unum sentiunt
unum querunt unum predicant / Sequitur unius
dicit [illegible] una [illegible] [illegible]
Porro unum est necessarium / volantis
per medium celi id est discretos volebant /
non propter terrena sed propter celestia / per medium
certatem / non ad dexteram tantum id est ad
divites tantum / nec ad sinistram id est ad
pauperes tantum / sed communiter ad omnes sine
personarum accepcione / Et dicentis id est pre-
dicantis voce magna / quia propter magni-
ficabat / vel quia in toto mundo resonabat
vel per magnus affectum procedebat /
Ve ve ve / id est triplex miseria imminet
habitantibus in terra / nunc et in eternum / hoc est
diligentibus terrena / non filiis dei quorum
habitacio est in celis / Unde id est perfectis · ma-
culatis in celis est conversacio / Isti tales non tenent
ve ternarium / unum prius id est [illegible]
[illegible] ante oculos [illegible]
Glosa. [illegible] vadit [illegible] in terris
qui sunt oculos in celis / terrene sunt
quedam tribulationes in temporibus pervenit
in dispendium quod bonis cooperantur in
bonum ut dicitur ad Ro. 8. / qui secundum propositum
vocati sunt sancti id est illos sub terra / Ideo
non dicit simpliciter / Ve habitantibus sed ad-
dit in terra / Et dicit ter ve propter triplex
periculum mundi / in quibus sunt omnes [illegible]
id est concupiscentia carnis / concupiscentia oculorum /

a. tertia dicuntur dies et nox et eorum tres partes
b. laycorum tres sunt partes
c. predicatores dicuntur aquila.
d. predicatores dicuntur una aquila propter tria

F
z supbia vite .i. diuicie delicie et
honores · Jo · dr · In deliciis petit casti
tas · In diuiciis caritas · in honoribus
humilitas · ysa · 28 · formido corripuit
des ... qui habitabit ex vo
S
bis cum igne deuorante ... avarus
iniquus ambiciosus ... Et hoc tali
miseros ... alius miserior ... et maius
ignis contra avariciam ... sul
phur contra luxuriam ... spiritus procellarum
contra superbiam · viii pp · pro talibus corp
2 vel ve propter penarum diuersitatem · ve
propter penarum acerbitatem · ve propter penarum
3 eternitatem · Item ve anime · ve corpori
4 ve coniunctis · Item ve iudeo · ve gentili
7 ve malo xpiano · Item ve coniugatis
6 ve viduis · ve fatuis virginibus · Item
ve clericis · ve laicis · ve religio
sis · Item ve propter peccatum cordis · ve propter
8 peccatum oris · ve propter peccatum operis · Item
ve propter peccatum in proximum · ve propter pe
catum in se ipsum · Item ve propter peccatum
in patrem · ve propter peccatum in filium · ve
9 propter peccatum in spiritum sanctum · Item ve propter culpa
originali · ve propter culpa actuali · ve
10 pro omissione precepti · Item ve fra
entibus · ve consencientibus · ve negli
11 gentibus · Item ve in mundo · ve in purgatorio
12 ve in inferno · Item ve nascentibus · ve
viuentibus · ve morientibus · Item duas
premisit homini ... vite perpetuitatem
cum diuicie ... morientis ... felicitatem
cum ait eritis sicut dii ... sicut vni
uersitatem cum subiungit · scientes bonum
homo
et malum · Gen · 3 · et ipse miser ce
cidit in tria contraria scilicet in moriendi ne
cessitatem · in ... voluntatem · in ig
norancie cecitatem · Ergo dr · ve · propter
primum · ve propter secundum · ve propter tercium · propter omnes
10 istas causas dr · Zacharie · 2 · o · o · o · fu
gite de terra aquilonis · Ier · 1 · a · a · a ·
dne deus · Ezech · 9 · heu · heu · heu ·

Joelis · 1 · a · a · a · diei · quia prope est dies
domini · Item · celo · temporibus ... vero ... videt turba
angelis sequentibus · Et ... quando ... ve
3us angelus ... omnes propter ... incipiat
... sumit ... suo ... dicitur ... gloria
electorum ... quia ... incipiat est occasio
gloria augens penam reproborum sic
contra pena reproborum est occasio
augens gloriam electorum ... ve
ponitur propter futurum triplicem statum ecclesie
vii dr · de residuis vocibus angelorum qui
erant tuba canituri super ... tempus
ve tribus ... dictum ... hoc non respiciat
preterita · sed est ... titulus sequentis capituli
In quo agit de tribus angelis in celo
vno exponit · Ca[pitulum] · xiiii · et · xv

Et quintus angelus hoc est nonum
capitulum · In quo agit de duobus
penultimis angelis tuba canentibus
et de persecucionibus ad eorum tubicinium
contra ecclesiam suscitatis · Secundum hoc per
hoc capitulum duas partes habet · secundum quod
in eo duo status ecclesie et duo agentes
consolantes ecclesiam describuntur · In prima
parte de persecucione ecclesie superioribus
... futura est de quinto angelo co
solante eam · et est hic ... status
ecclesie · In 2a parte agit de persecucione
ecclesie sub antixpo futura et de sexto
angelo consolante ecclesiam que est sextus
status ecclesie ibi et sextus angelus · Ad
vocem quinti angeli ... persecutores
antixpi ... se ... facultatem · de quibus
... pinne · ... et ... pravitas
ibi et data est ... similitudo corporum
... et ... est rex eorum
ibi et habebant ... facultatem
... anti xpi ...
... potestas ... ...
... similitudo ... pugna ...
et hec notitia fuit ex parte ...

F corporis tam destruunt tam anime bona
S ve ter hic ponitur propter multa
G peccatorum cum temporibus ... in inferno

.1. Gloria bonorum auget penam

Presides aux(ilia) quadam modo cogitur per
nocua sua regis, cum quarto post, postquam
eum dyabolus singulariter per iudeorum emu-
lacionem, per tyrannorum crudelitatem, per here-
ticorum calliditatem, ypocritarum falsitate im-
pedire non potuit predicacionem, ista
mala simul suscitavit contra eccle-
siam ultimo, ut quod per singula non potuit
[illegible] faceret. Et ne
sic potuit vel potius predicatorum auferre
unus plus modo quam alias predicavit,
qui est quintus status ecclesie. Et hoc est quod
dicit: Et quintus angelus, id est quintus or-
do predicatorum, secundum ordinem narracionis
temporis et statuum ecclesie, non tamen per hoc sic
ut asserere sint predicatores in quinto
statu qui fuerunt in quarto, et ita est de
quarto et quinto ordine. Nam magis attenditur
diversitas ordo statuum ecclesie
quam diversitas personarum sibi adinvicem
succedencium. Apostoli enim multi in primo
ordine et tempore primo fuerunt, sic et multi sub
quarto et quinto potuerunt fuisse. Et tamen
non decimo quod ita sit. Tuba cecinit,
id est predicacione terrorem, consolacionem et primum
incepit, et esse ad plenum paruit, et
finivit clangor tube. Et vidi spiri-
a. aliter stellam, id est dyabolum, qui primo ut stella
splendidissima lucebat, nam plenus sa-
piencia et perfectus decore fuit, ut dicitur Ezechielis
28. De celo empireo ubi creatus
fuit cecidisse propter peccatum superbie, quia secundum
casum. Proverbiorum 29: Superbum sequitur
b. humilitas, id est defectus. Luce 10: Videbam
sathanam de celo cadentem. Et ubi ceci-
dit declarat: In terram, id est in terrenos in quibus
accepit dominium, vel in terra, id est infimum aeris
tre vicinum, quod est carcer tetrimus re-
spectu celi empirei deputatus
c. cum eis ad eorum probacionem usque in diem iu-
dicii. Unde ad Ephesios 6: Colluctacio

est nobis adversus principes et potestates,
adversus mundi rectores tenebrarum harum,
contra spiritualia nequicie in celestibus, id est
in aere hic habitantes. Vel in terram, id est in infimum
ubi forte iam aliqui sunt. Et in fine
omnes precipitabuntur. Unde 1 Pet. 2: Si enim
angelis peccantibus non pepercit,
sed rudentibus inferni detractos in tar-
tarum tradidit cruciandos in iudicium cruciandos
reservari. Ysaie 14: Quomodo cecidisti Lucifer
qui mane oriebaris? Corruisti in terram
qui vulnerabas gentes, qui dicebas in
corde tuo: In celum ascendam, super
astra celi exaltabo solium meum,
sedebo in monte testamenti, in lateribus
aquilonis, ascendam super altitudinem
nubium, similis ero altissimo. Verumptamen
ad infernum detraheris, in profundum
laci. Et data est ei clavis putei
abyssi, id est concessa est ei potestas nocendi
et dominandi super eos qui sunt putentes
per maliciam et profunditatem. Unde Proverbiorum
18: Impius cum in profundum venerit con-
tempnit. Et quia sunt abyssus propter te-
nebrositatem, unde ad Ephesios 4: Tene-
bris obscuratum habentes intellectum, ideo
per puteum abyssi intelligit antichristum
qui sicut putens, id est profundus per astuciam
et tenebrosus per maliciam. Unde de ipso
dicitur Danielis 8: Cum creverint iniquitates
consurget rex impudens facie et
intelligens propositiones, et roborabitur
fortitudo eius, sed non in viribus suis,
et supra quam credi potest universa vastabit
et prosperabitur. Sic hoc exposito, sic: Et
data est ei, id est dyabolo, clavis putei
abyssi, id est potestas revelacionis antichristi,
id est concessum est quod suscitaret et revelaret
antichristum. Et aperuit puteum abyssi,
id est revelavit et extulit maliciam
et astuciam antichristi. Et ascendit de

a. dyabolus dicitur stella
b. superbia sua causa
c. dyabolus deputatus est hominibus ad eorum probacionem
d. putens profundus quid significet
e. antichristi maliciam

corum ruinis et suorum satellitum ad
f nocendum bonos. Hic est ipsius clamus i.
potestas concesse dyabolo. Unde Job 39 Super
ipsum sonabit pharetra i. decipiet
eum s. predicatorem si potest machinatione
occulta et si non potest vibrabit. Et
hasta et clipeo i. aperta impugnatione
destruet. Unde ibidem dicitur c. gladio contra predica-
torem dei post sonitum buccine pharetre
hasta vibrabitur, quia post temptationes
subtiles quasi non sciens aperta
pena probatur. Et ascendit fumus
Hic ostenditur triplex effectus accepte
potestatis, q. sequitur consumi eius. Primus
est productio prave doctrine. 2us ob-
scuratio vere doctrine. 3us multiplicatio
falsorum predicatorum qui erunt pestes
animarum, de quibus agitur sub nomine locustarum.
Primo igitur: Et ascendit fumus i. prava et ob-
scura doctrina invaluit ... i. obscurans
et excecans oculos multorum. Ascendit
dicitur propter superbiam antixpi et pestorum
eius, de quo dicitur Daniel xi. Adversus
deum deorum loquetur magnifica. Item
fumus ascendens est mala cogitatio
de corde in opus exiens. Et sicut
fumus ascendens signum est ardentis
ignis subterius, sic mala operatio signum
est malicie latentis in corde. Unde Ysa.
14 De radice colubri egredietur regulus
i. de mala cogitatione mala operatio.
Et semen eius absorbens volucrem
i. bonos devorare intendens. Et quia non
modicum invalescet prava doctrina antixpi
et pestorum eius, ideo dicitur sicut fumus for-
g nacis magne. Quia magnus fu-
mus et altus ascendit. Et signum
comparatur antixpi et pestores eius fornaci
magne. Primo propter similitudinem cupi-
ditatum. Unde Ysa. a. dicitur de ypocritis: applicu-
erunt quasi clibanum cor suum cum in-
sidiaretur eis. Tota die dormivit
torquentes eos. Secundum propter succensio est

q. ignis flamme, sic calefacti sunt
q. clibanus et devoraverunt iudices suos.
In hoc clibano coquitur panis iudaicus
i. falsa doctrina. De quo Prov. 9 Aque furtive
dulciores sunt et panis absconditus su-
avior, sed postea fit valde amarus.
Unde Job 20 Panis eius in utero eius
vertetur in fel aspidum intrinsecus. Item
comparatur fornaci quia purgat bonos
et consumit malos, sicut legitur Dan. 3 de
fornace babilonica, cuius flamma
caldeos interfecit et pueros illesos
servavit. De hac fornace potest intelligi
illud Gen. 19 Vidit abraham favillam
ascendere de terra quasi fumum fornacis.
Et obscuratus est sol. Secundus effectus
potestatis dyabolo concesse obscuratio vere
doctrine. Per solem enim intelliguntur doc-
tores catholici alios illuminantes ad
cognitionem veri, et inflammantes ad amorem
boni. Per aerem vero illi qui illuminantur
ab eis. Fumo fornacis i. prava doc-
trina antixpi et pestorum eius obscurabuntur,
quia vera doctrina non reputabitur, immo
tamquam falsa a multis repudiabitur. Unde
Job 21 ... erunt radii solis et
... q. clitum. Et hoc est quod
Et obscuratus est sol et aer i. doctores
et discipuli catholici. De fumo putei
i. ex prava doctrina pestorum antixpi.
Hoc est quia doctrina eorum non reputabitur
propter novam doctrinam pseudo predicatorum.
Et unde quia iam venit tempus illud quod hodie
plus placet novitas quam veritas. Et
audiunt libentius nova subtilitas
que faciat admiratorem quam utilis veritas
que faciat compunctionem. Unde Thi. 2. Erit
tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt
sed ad sua desideria coacervabunt si-
bi magistros prurientes auribus, et
a veritate quidem auditum avertent, et
ad fabulas convertentur. Prov. Servaverunt

f antixpi impugnat et predicatores
g fumus prava signat, fornax prava signat

a Novitas doctrine plus quam veritas placet

inia sabu(lum)· s(ed) no(n) ut lex tua / v(e)l certe hec
d(icitu)r / q(uia) multi corp(or)is illis i(d est) in moribus
et moribus prava doctrina malorum / pro
cedente dya(bolo) decipient(ur) / Et excepta
sana doctrina v(e)l confugient ad peccatores
an(tichristi) / Et(iam) aut(em) sol et aer obscuratus
no(n) penitus excecatus / q(uia) an(tichristus) sed
sim(ilis) lumi(ni) oculi dextri i(d est) sapiencie [illegible]
[illegible] veram sapiam d(e)l sub
trahent / s(ed) huius sinistri oculi i(d est) sa
piencie astucia / sicut Joab voluit
relinquet 14 facere viros iabes galaad i(d est) [illegible] Joab
cum [illegible] coluber / Et sig(nificat) an(tichristum)
de quo d(icitu)r Gen. [illegible] fiat dan coluber
b. in via cerastes in semita i(d est) an(tichristus) de
tribu dan / nascetur mordens ungu
las equi ut cadat ascensor eius retro
Et de fumo putei ecce tantus erit
mus effectus i(d est) [illegible] peccatis / s(ed) multi
plicatio pseudo p(ro)phetarum / q(uia) etiam eo doc
trina an(tichristi) et peccatorum eius multiplica
bitur / vel de anno 1000 est vidi autem
iuvenes quod ambulabat sup(er) solem cum adolescente
c secu(n)de 2o i(d est) an(tichristo) q(ui) d(icitu)r adolescens
2us respectu (Christi) q(ui) surget pro eo i(d est) loco
[illegible] eius Infirmitas e(st) populi omni quod fuit an(te)
illum Et qui postea fuit / sed no(n) letabi
tur in eo / d(icitu)r g(lossa) Et de fumo putei
i(d est) de pena et vana doctrina an(tichristi) pe
d rodiunt locuste in terra(m) i(d est) [illegible]
sui predicatores in terram terrena amantes
et sequentes Mt. 24 surget pseudo
(christi) et pseudo p(ro)phete et dabunt signa
magna et prodigia / Et isti co(m)parabunt(ur)
locustis / qui saliet in altum per verba
/ cadet in terra(m) per avaritiam / plus diliget
terrena quam celestia / et sicut cum
locustarum / quod retro sit longiora / Ita
sed modo sit etiam multi doctores et
predicatores / vel Glo(ssa) i(d est) custodes
tui q(ui) locuste Et primum tui q(ui) lo
custe locustarum / Joel i(d est) residuum e
nim comedit locusta / per uniam

sig(nificat) [illegible] corporis q(ui) moris de
pravat Et q(ui) modo no(n) corporibus male
operibus / moribus decipiet ab illis
falsis predicatoribus / Ista alte salta
bunt s(ed) cito cadent / sic locuste
q(uia) per enoch Et etiam destructam
per sua doctrina eorum / In magni rei
significacionem Joh(annes) baptista q(ui) e(st) Elias
ut d(icitu)r Mt. 11 comedebat locustas
ut d(icitu)r Mt. i Et hoc eque erga
moysi [illegible] magorum devorauit
ut d(icitu)r Exo. 4

Et data est illis / hic agit de
potestate predictorum an(tichristi) qui eorum
duo genera erunt / s(cilicet) quidam mali pre
lati / Et quidam pseudo predicatores
7 d(omi)n(u)m / hic eo(rum) p(ri)mo ostendit potestatem eorum
persistere scorpionum / 2o ostendit
stimentis ovium intus autem sunt lupi rapaces. per aurum
vero designatur sapientia divina quam
se habere mentientur. per lapidem preciosum
pacientia quia retro pretendent exterius
cum tamen non habeant illam. per margari
tas diverse significantur virtutes quas
se habere iactabunt mendaciter. potest
etiam designari affluentia divitiarum
quam in unitate habebunt. Et ideo plurimos
seducent et pervertent unde Mt. 24.
Multi venient in nomine meo dicentes quia
ego sum christus. Et multos seducent
habebunt etiam antichristi seductores ad
manum. Et ideo facilius credent
eis unde sequitur habens poculum aureum
.i. divinam scripturam quae pertinet fide
les ad salutem. in manu sua .i. in
potestate sua quia multa faciet contra de
tenens vel in potestate sua quia multa
faciet exterius. plenum quam dicit scriptura
abhominationem vel in manu sua .i. in potestate

a Mali dicuntur mulieres propter pacientia

b Malorum iactantia est in simplex

sua quod exponet ea sicut voluerit et
quod nullus contradicet eis Et si quis eis
contradicet ~~occisus ab eis quod dicet~~
c occisus ab eis statim morietur plenum
abhominacione i. errore et falsitate per
eorum exposicionem Et inmundicia for
nicacionis eius i. inmundam forni-
cacionem tam mentis quam corporis quia
docebunt illa que mentis est doce
bunt aperte ablata docebunt oc
culte que erunt in occulto sicut ab
eis. Ipse etiam dicet est Et quamvis tales
iam sint operti simulacionibus tamen po
terunt agnosci a fidelibus quia ha
bebunt signum aliquod manifestum eorum
per operum reprobis viam se. Et in fronte
eius nomen scriptum i. aperta est mali
cia eorum obstinata per frontem enim
manifestacio per scriptum obstinacio per
nomen malicia eorum designatur quia ante
reputabant illos probos et bonos cor
rupti sunt muneribus vel decepti
cionibus vel abiecti blandiciis vel
territi minis. Io addi misterium i.
occultum sunt secretum quod ad repro
bos mittitur vel misterium dicitur quia multa
simulacione erit velata eorum mali
cia tamen cogitacionem potius abscondam quam
oculis revelabit deus / [illegible]
in republica sua crudelitate machinat
peccatis suis exigentibus ysa. 6.
Excecam cor populi huius et aures eorum
aggrava et oculos eius claude ne
forte videat oculis suis et auribus
suis audiat et corde intelligat
et convertatur Et sanet eos. Per hoc autem
illius misterium erit malum eorum ma
gnatorum a quibus maxima multitudo
hominum corrumpetur inpura ut dan. 13.
Iniquitas egressa est de babilone a
senioribus iudicibus qui videbantur regere

populum Et hec est babilon magna i.
magnatorum congregacio confusa mater
fornicacionum et abhominacionum terre
[illegible] peccata | Osee 5. au-
dite sacerdotes et attendite domus israel
et domus regis auscultate quia vobis
iudicium est quoniam laqueus facti estis spe
culacioni Et sicut rete expansum
super thabor quod interpretatur lumine ve
niens vel autem debet venire lumine
inde veniet fumus gregorius. Cum pastor
per abrupta vicorum graditur necesse est
ut in precipicium grex sequatur. Et vidi
mulierem i. mundanam vanitatem rigorem
virtutum emollientem vel mulierem i.
malorum congregacionem mollia diligentem
nec vigorem habentem Ebriam de sanguine
sanctorum i. sicientem mortem sanctorum Et
in parte repletam de sanguine martirum
martirum ihesu i. illorum qui sine timore
testificantur ihesum esse filium dei Et dum
sunt vel predictos putant accepi illi qui
ante adventum eius fuerunt occisi ut abel
zacharias filius barachie Et multi
alii de quibus dicitur Re. 26. 21. sanguinem
innoxium effudit manasses multum
nimis donec impleret ierusalem usque ad
os | Mt. 23. Ecce ego mitto ad vos pro
phetas et sapientes et scribas Et ex illis
occidetis et crucifigetis ut veniat super
vos omnis sanguis iustus qui effusus
est super terram a sanguine abel iusti usque
ad sanguinem zacharie filium bara quem
occidistis inter templum et altare | Per
martires ihesu accipiuntur sancti qui post
adventum christi pro fide eius et testimonio
sunt occisi ut beatus stephanus petrus
paulus laurencius Et multi alii
de quibus dicitur hebr. 11. lapidati sunt secti
sunt in occisione gladii mortui sunt Et hec
dicitur mulier ebria de sanguine sanctorum.

c Malorum doctrina erit multiplex

quia sicut ebrius qui multum bibit Et
nichil habeat necessitatem tamen appetitum
non appetitum non amittit sic mali si
multos occidunt nec tamen occidendi
habeant tamen desiderium sed habent Et mi-
ratus sum vissa per hoc capitulum ponit intel-
lectualem expositionem ymaginarie visionis
superius posite unde hic ostendit Johannem
saptinatum mectus magne quod visa
dicat se mirari Johes post magnitudinem
saptoris et impunitione Et quod
miratur Johes ut sciat ipsam causam
saptinis mectus 2o causam venia sunt
bat Et quod esset necto digna magis
saptore cum cum tanta esset pena eius
nepacientis ut dici sicut dicit
Glo qui sicut Johes. to. hic ipsa
illorum qui cum videntur hic in mundo malos
exaltari et prosperari mirantur cum audiunt
penas quas deus eis minatur Et
cum ita sint punendi quare deus per
mittit ita eos exaltari Et per hoc
debet intelligi iusta omnium eorum saptorum
qui debetis sibi a deo collatis ipsum
impugnaverunt unde supra Jaco. 1o. omne
gaudium existimate fratres et cetera Glo. ne
indignemini si mali in mundo floreant.
Et vos patimini quia non est vane re-
ligionis in temporalibus exaltari sed pos-
sessionem Mali nichil habent in celo Et
vos nichil in mundo Jo quia quod aeternum de celo
spe illius boni atque veniditis gaudere
debetis Eadem admiracionem habebat
Je. 12. loquens sic ipsa talium
quare via impiorum prosperatur
bene est omnibus qui prevaricantur et inique a-
gunt abacuc. 3. quare respicis contem-
ptores et taces conculcante impio
se iustiorem et cetera Joh. Et miratus

sum cum vidissem illam mulierem sic
prius exaltatam Et postea conculcatam
admiracione magna de tam subita
mutacione Ezech. 4. videntes tur-
babuntur timore horribili et mirabuntur
in subitacione insperate salutis et cetera
Et dixit mihi angelus quare miraris
q. d. si attencius investigares
sine admiracione cognosceres quod iusto
dei iudicio punientur eternaliter ipsi
qui hic puniunt temporaliter prosperantur
sed quoniam iustum est ut peccatum temporale
pena puniatur eterna Gregorius eterna
hic peccavit in suo eterno non deus
puniet ipsum in suo eterno unde quia
hic noluit facere finem sine peccato
nec deus faciet finem suo de-
licto quod prosperant peccato Ex quo quod est
a deo hoc iustum cum eternum fine di
non habeat Et eternum fine hominis sed
tercio Jo peccatum quod per penam non
est deletum punitur pena eterna quia
offendit maiorem eternum quia caritas
eius offensa accedenda est ex parte
offensi quia quanto offensus dignior
est tanto offensa gravior est Flora
etiam quod non pena inflicta digna
est admiracione sed potius culpa non
enim mirum est si deus a tuo possessa
sua peccatum infligit sed illud mirandum
est quod homo creatura audet offendere
creatorem unde ysa 12. quare non credidisti
lucifer non miratur ysa peccatum sed
casum sine culpa Jerem. 1. similiter
et non debet sola civitas plena
populo Je. in eodem filii syon incliti
amicti auro quomodo reputati
sunt in vasa testea et cetera Ego dicam
q. d. noli mirari ego enim dicam

Mali qui prosperantur in mundo et bei non

.i. apte correspondet sacramentum mulieris
et bestie que portat eam s. mulierem
que habet capita septem et cornua x.
Hec mulier est reproborum collectio
propter mollitiem vite et arte fallendi
de qua prius .i. ne intenderes fallacie
mulieris. favus enim distillans
labia meretricis et nitidius oleo gut-
tur eius verba suavia novissima
a autem illius amara quasi absinthium.
Bestia portans mulierem est antichri-
stus diabolus qui portat reprobos de
peccato in peccatum et postea in infernum unde
etiam angelus dicit bestia quam vidi-
sti diabolus .i. diabolus qui bestiales facit
fuit in potestate magna ante adventum
christi. Et non est quia nato christo vicit suam
potentiam magna parte perdidit. Ioh. xii.
nunc princeps huius mundi eicietur foras
Et ascensura est de abysso .i. de occulto
profundo malorum .i. aperta sevitia exer-
cebit tempore antichristi unde infra xx. Cum
consummati fuerint mille anni solvetur sa-
thanas de carcere suo. Et in interitum
ibit .i. eternam dampnationem vel ascen-
sura est de abysso .i. profundissimo .i. per
illos qui profundi erunt in malo ascen-
det diabolus vel antichristus in elationem. Et in
interitum ibit antichristus quia dominus ihesus inter-
ficiet eum illustratione adventus sui
ut dicitur .ii. thess. ii. vel diabolus ibit in
interitum quo mortuo non habebit amplius
locum nec potestatem decipiendi quia est in morte
b et pena eius. Et non quod eleganter
dicit bestia non fuisse et non esse quia
diabolus ante adventum christi fere omnes bestia-
les vivere faciebat sed tempore antichristi
de bestiis facti sunt homines quia ceperunt
homines vivere ut homines post passionem tene-
bras Et facta est nova in ipsa potentia. o.
bestie silvestres aut leonum iugi

ut ia. et quasi dicit est sibi ortus est
sol iustitie et gratia et in tabernaculis suis collo-
cavit bestie. Et cohibet eos ad oppositum qui
prius latebat ut bestia. antichristus etiam
dicitur bestia fuisse et non esse propter bonitatem
dominij quia pax regnabit. Et dicitur ascen-
surus de abisso .i. de malis per quos
habebit potestatem. dicitur etiam in interitum ire quia
post ascensum cadet in mortem et in
infernum unde post insidiatur ut rapiat pau-
perem at .e. illa .s. ihesu .e. s. pauperem in-
clinabit se et cadet cum dominatus fuerit pauperum .i. christo
cadet cum non audiret christo. xxii. Et fuis
es et non eris in perpetuum. Et mirabuntur in-
habitantes terram dicite patris subita anni-
chilatione post subito periit propter iniquitatem
suam. Et inimici domini sicut ... peribunt
... cum fumum deficient antequam
sunt illi qui sic admirantur quorum
nomina non sunt scripta in libro vite sed potius
terra mota. ier. xvii. Recedentes a te
in terra scribentur post vocaverunt nomina sua
a constitutione mundi. hoc dicit ut ostendat
debuit dicere septem libri vite quidam
enim ibi scribuntur in pagina presentis iusti-
ficationis, de quo dicitur in psalmo. deleantur
de libro viventium et cum iustis non scribantur
.q.d. ostendatur non esse scripti cum iustis
in pagina predestinationis. unde nemo
potest deleri licet scripti fuerint in pagina
presentis iustificationis unde multi de-
lentur ibi scriptus fuit iudas sed
quando peccavit deletus fuit quia peccatum
delet gratiam videntes bestiam que erat
et non est .i. diabolum vel antichristum in
tanta potestate qui cito periit non esse
dicitur quia antea esse separat. Iob. xiiii. ha-
bitant in tabernaculis eius socii qui non
est dehac admiratione stupor dicitur.
Ezech. xxviii. Omnes qui viderunt te
in gentibus obstupescent super te sic

a peccatum homines quare dicit primum carnalis
b diabolus quare dicitur bestia

† debuerunt homines dupli

Et de aliis divitiis et potestatibus huius
mundi cito transeunt, ita quod mirantur homines.
Ps. vidi impium superexaltatum et eleva-
tum [illegible] omnibus potestatibus huius vite. Job.
30. Elevasti me et quasi super ventum po-
nens elisisti me valide. Et hic est
spiritus i. depena huius bestie, set hic
spiritus caret sibi. Sap. v. Felix quem
faciunt aliena pericula cautum. Tamen at-
tendit spiritus [illegible] qui habet sapientiam q. d.
Illa que habet sapientiam i. intelligentiam quia
ipse est [illegible] de uno quoque secundum valorem
proprium et sapere, unumquemque secundum sapere
proprium. Illa in qua est spiritus talis sit tan-
tus de spiritualitate. Set stulti numquam
[illegible] tantum omnes [illegible] cuique videat
alios minores vel sapientiores [illegible] potentes
que videt se [illegible] angustia affluens divina
admiracione. Et nichil omnibus rema-
net quod angustiam [illegible] fuit. Septem
capita. Hic revelatur Iohanni misterium
septem capitum bestie, per que intelligitur
universitas malorum quo ad septem
status ecclesie. Primum caput fuit su-
perbia [illegible] malorum in primo statu, 2m
caput fuit superbia [illegible] in 2o statu
et sic de aliis. Primus non status fuit
ab Adam usque ad Noe, 2s a Noe usque
ad Abraham, 3s ab Abraham usque ad
Moysen, 4s a Moyse usque ad David,
5s a David usque ad Christum. Et per hoc
quinque dicit infra quinque ceciderunt. 6s
status fuit a Christo usque ad Antichristum,
qui erit in tempore Antichristi. Et de hiis duobus
dicit septimus talis non dum venit. Sic
dicuntur septem capita bestie, set septem
montes super quos sedet mulier quibus
innititur et fulcitur malorum congregatio,
que ideo appellat montes i. septem

reges i. principes ecclesie malig-
nantes secundum status ecclesie significantur per septem
capita bestie. Et per septem montes
et dum septem reges in capite i.
spiritus. Et per septem capita designantur ipse
omnes principes qui de omni sapientia ex-
tolluntur gloriando. Per septem montes non
significantur ipse qui de opulencia gloriantur
vel extolluntur. Per septem non reges
dum [illegible] qui de potestate dignitatis gloriantur
[illegible] magnitudine [illegible]
Ier. 9. Non glorietur sapiens in sapientia sua
Et non glorietur dives in divitiis suis
super hos sedet mulier, quia hec dat
[illegible] malorum fulcimentum malicie
sue. Et reges septem sunt. Et quinque
ceciderunt i. quinque status transierunt.
Et superbia [illegible] unus est status
qui [illegible]. Et alius non dum venit
set status futurus in fine seculi [illegible]
Glo. [illegible] quinque primi reges sunt quinque
sensus corporis qui [illegible] non peccasset
[illegible] mala [illegible]
per peccatum ita corrupti sunt ut iam nature
sit eis [illegible] tactu, [illegible] gustu,
[illegible] visu, melo-
dias auditu [illegible] in quibus delectentur.
Et hii sunt quinque reges per quos regitur e-
tas puerilis. Hii sunt quinque viri mulieris
samaritane Ioh. 4. Hiis autem in adulta
etate succedit error [illegible]
[illegible] non spiritualiter
[illegible]
[illegible] ibidem. Et nunc quem habes non est
tuus vir. Sextus rex est [illegible] qui
nunc regnat. Septimus est antichristus qui non dum
venit set cito veniet. Et cito defi-
ciet. Secundum quod sensus est quinque ceciderunt.
Glo. [illegible] q. d. non
iam quinque sensus regunt homines sicut

a secundum homines dupli-
citer
a status septuplex

a supra dicit [illegible]
b. [illegible] homines quinque sunt corrupti per peccatum

an adventum Christi. Et septimus est scilicet antichristus
qui nondum regnat qui iterum dicitur septimus
quia singularis et novus hominibus parebit. Ysa. 4.
In illa die apprehendent septem mulieres
virum unum. Et alius nondum venit
scilicet antichristus. Glosa: qui maiorem faciet
persecutionem. Et cum venerit id est in magna potestate
apparuerit oportet illum breve tempore
manere id est regnare scilicet tribus annis et
dimidio. Et non est multum tenendus.
Et bestia que erat in magna potestate ante
adventum Christi persequendo crudeliter impugna-
bat plus electorum et non est post adventum
Christi in tanta potestate scilicet et ipsa octava
est id est sicut septem qui omnibus transcendit
in nequitia et malitia. Et de septem
est talis quia similiter peccat in eis. Et in
eis perimetur unde dicitur Matthei 24. Iterum
maledicta ... est quod prius est diabolus
tamquam est. Hoc etiam exponit Glosa de
antichristo sic: Et bestia Glosa id est antichristus qui
erat tunc est id est eius potestas adeo transibit.
Et ipsa octava est et de septem est octava quia
excellens et singularis dominium de septem. Non
est propter naturam consilium et culpam et penam
sicut dicitur Ezechielis 1 de aquila que erat de
super ipsorum ... et tamen erat unum dicitur quattuor
quia levat se super se contemplando divina
quod est super humanum intellectum. Sic antichristus
nondum est de septem sed tamen dicitur octava quia
diabolus plenus super humana potestate ex-
tollet se. Unde Danielis 8: Consurget rex
impudens facie et intelligens propositiones
et roborabitur fortitudo eius sed non in
viribus suis et supra quam credi potest universa
vastabit. Et in interitum vadet
utrumque scilicet diabolus et antichristus quia in eternum
uterque peribit. Job 18: Evellatur fiducia
eius de tabernaculo suo et calcet eum quasi rex
interitus. Et decem cornua bestie. Se-
per assignat decem reges qui erunt sub

romano imperio tempore antichristi. Decem ostendit
quod pariter regnabunt tamen valde mali
erunt postea contra antichristum et sic vincet
eos dicitur quod. Et decem cornua que vidisti
in bestia decem reges sunt qui tempore antichristi
qui regnum nondum acceperunt tempore
Iohannis dicitur. Pono decem cornua
prius regni decem reges sunt quod dicuntur
cornua triplici ratione: primo propter ferocitatem
et irrationabilitatem bestialem eorum, 2o
quia adherebunt antichristo sicut cornua
adherebunt capiti, 3o quia per eos pugnabit
antichristus contra electos sicut bestia pugnabit
cornibus suis. Et licet decem futuri sunt
reges romani imperii tamen convertet a Christo
quia per eos impugnabit antichristus omnes
observatores decalogi. Sed potestatem tamquam
reges una hora accipient post
bestiam id est accipient sub antichristo vel diabolo
quia ipse caput eorum erit vel post
bestiam erunt per adherentiam et imitationem.
Et non quod dicitur tamquam reges quia non vere
reges erunt quia sub alio erunt. Et una
hora dicitur modico tempore durabit regnum
quia non per successionem hereditariam sed per im-
missionem accipient dominium. Et hoc dicit
ad electorum consolationem. Et hii unum consilium
habent quia Christum negabunt et antichristo
credent. Et virtutem et potestatem suam bestie
tradent id est antichristo. Dominium suum bestie
tradet id est diabolo quia quicquid poterunt
per se et per suos totum antichristo attribuent
id est faciet quicquid poterunt pro ipso contra
electos. Hii cum agno pugnabunt id est contra
Christum verbo et facto subtrahentes ei suos
suos et occidentes eos qui sibi nolent
adherere. Et agnus vincet illos eorum
malitiam refrenando et suis constantiam
tribuendo. Daniel 2: Conteret et consumet ...
Et suos ... reputabit quod

Reges qui erunt tempore antichristi ... x cornua

quod possit mutare tempora et reges et tradet
in manum eius usque ad tempus et tempora et dimi-
dium temporis Et iudicium sedebit, ut aufe-
ratur potentia et disperdat usque in finem
regnum autem et potestas et magnitudo regni
que subter omne celum est dabitur populo sanctorum altissimi
Cuius regnum sempiternum est Unde hic sequitur
quoniam dominus dominorum est utens malis ad
utilitatem bonorum Et rex regum Et ideo
deiciet eos quando et quomodo voluit Et non
solum xristus vincet eos ymo etiam electi eius
vincent illos reges non sua tamen sed xristi
virtute vincent Et qui cum eo sunt .i. cum xristo
sunt ei adherentes Et qui cum eo sunt vocati
per predicatores vel inspirationem Et electi pre-
destinatione Et fideles fide ipsius
integre persuadentes et suum officium fideliter
exequentes et totam gloriam suo domino ser-
vantes secundum quod dicit Iohannes quod agnus
vincet eos et non magis leo. Quia xristus per
modum vincendi quia per pacienciam quam da-
bit suis vincet ut quod agni coram
tondente se non aperiant os suum sicut &
ipse xristus legitur ysa. 43 vel quia inter
corpora maliciam agnalitet bonorum Et
dixit mihi Hic ondit angelus Io-
hanni quod signant aque super quas se-
det meretrix .i. quibus dominatur antixristus dicens
populos designari populos vocans illos
quos regit cupiditas et avaricia et
gentes illas quas diligit gentiles
propter carnalis vita seu carnalis con-
cupiscentia linguas vocat illos quos
diligit astucia et superbia Et hijs
omnibus dominatur meretrix .i. antixristus sede per
dominium et possessionem dicit glossa Et dixit mihi
angelus dicit Iohannes aquas .i.
aque carnis [illegible] sicut ibi primorum
quod audistis non est meus Ioh. 1e.
aquas vidisti ubi meretrix sedet .i.
quibus dominatur Et que est antixristus

ia perustum quod operatur in eis ut dicitur
2 thess. 2 populi sunt quo ad amatores
Et gentes quo ad luxuriosos Et
lingue quo ad superbos vel populi
quo ad illos qui legem habuerunt
Et gentes quo ad illos qui sine lege erant
Et lingue quo ad diversos [illegible]
Ex omni diversitate hominum erunt anti-
xristo subiecti antixristo sicut xristo Et decem
cornua Hic ondit angelus
quod non debemus conformari
mulieri nec imitari eam quia sed etiam
amatores eius odient eam in fine
in inferno dampnati tunc Et tunc do-
lebunt qui modo gaudent de prosperi-
tate ipsius in inferno enim dicto omnibus
odient se Et quanto plures erunt tanto
maius erit odium Et ideo maior
pena in celo quando omnes omnibus diligunt
se Et ideo quanto plures erunt tanto
maius erit eorum gaudium dicit
glossa Et decem cornua que vidisti
in bestia .i. omnes qui antixristo adhe-
serunt hij odient fornicariam .i.
antixristum cui consenserunt vel in du-
que dilexerunt et eam seipsos quia
sic fecerunt vel fornicariam .i. in
priorum massam quam diabolus fornica-
ta est vel vanitate mundana qua
serviti sunt vel secularem sapientiam quam
amplexati sunt vel civitatem ro-
manam que prope olim fuit
desolata Et tunc fortassis pape
fuerint dictis omnis malicia Et
desolata faciet illam fornicariam
.i. antixristum hoc est sanctorum corpus erit
dissolutus quia completo in illo malorum
perdet placitum quod de sua potestate et
[illegible] bonorum nec habet Et nudam eius
potestate et mala societas Et carnes
eius manducabunt .i. delectantes que

a Qui in inferno comburantur augentur pena et
in celo gaudium

debat de penis istorum (istorum) sed
mitteret Et ipsam igni concrema
bunt i. secum in inferno cremari faci
ent nam peccato illorum tam ipsi quam
alii vero in inferno ardebunt Et quantum
eorum sunt in pena alii contra alia
eorum que ipse habent in vita desolatam
contra consolatorem quia habent in honore
et potestate nudam contra opulentiam
divitiarum carnes eius manducabunt
contra delicatos delicatam Et
ipsam igne cremabunt contra hoc quod
ipse sedes occidet et occidendo de
lectetur Item hii odient fornicariam
i. ipsorum massam deinde ipsimet erunt
quod unus odiet alium in inferno Et si
posset unus vellet alium devorare
unde affectum se in videt quod se affectum
odierunt in mundo Et desolata fa
ciet fraudulenter seducendo unus alium
ut postea gemat in inferno amis
sis omni solacio Et nudam omni virtute
que est vestimentum anime Et carnes
manducabunt i. delicatos eius
carnales quas hic habent manduc
abunt tamen occasionaliter quia de hoc
unus melior cruciabit et ignis co
cior Et ipsam concremabit ysaias
in fine Vermis eorum non morietur Et
ignis eorum non extinguetur Jacobi
4 Agite nunc divites plorate et
ululate in miseriis que evenient
vobis aurum vestrum eruginavit Et
erugo eorum erit in testimonium vobis
Et manducabit carnes vestras
sicut ignis Notat glossa quia
[illegible] et reptiinus pungens
dolor sue tenacie attulit Et
alia Glossa in medio veniet eis quod
possent peccata quas sustinent cru-

ciasse Et pelemosinas redemisse
quod erit eis magna pena Et ipsam
igne concremabunt occasionaliter
i. faciet ipse quod igne concremabit
ysaias 11 ambulate in flammis quas
succendistis vobis Et quia hoc iusto dei
iudicio eveniet in reprobis Ideo subiungit
Deus enim dedit in corda eorum i. per
misit ut hii faciant quod placitum est
illi i. bestie ut dent regnum suum
bestie i. concedet et consentiet super se
regnare diabolum vel antichristum vel
ei sua potestate attribuent similiter
[illegible] i. tradidit illos deus
in reprobum sensum ut faciant que non conveniunt
donec consumantur verba dei quod dicitur Hec ita
fient ut prophetie impleantur que sunt de penis
reproborum et premiis electorum que in fine mundi
complebuntur vel verba dei vocat dei ordinacionem
de adimplecione numeri electorum nam usque
ad illud tempus permittet bonos cum malis
regnare sicut paleam cum grano et co
mpleto numero electorum ventilabit aream
domini et paleam comburet igne inextinguibili
Et granum in horreum domini recondet
ut dicitur math 3 Et mulier quam vidisti est
civitas magna i. reproborum univer
sitas vel romana civitas que habet
regnum super reges terre quia omnes ei
serviunt [illegible] ante Johannes propter antiquam
[illegible] maiorem dicit mulier propter
mollitiem vite [illegible] fullendi dicitur
civitas propter collectionem multorum et conve
nientiam in malo dicitur magna propter ma
gnos qui ibi sunt propter superbiam vel
causa dicitur habere regnum i. potestatem et dominium
super reges terre quia omnes reges ser
viunt ei publice Et adhuc con
tra obtinuit vicinos principes dicitur
etiam [illegible] quia diabolus corrupit se

b alio(rum) pena quadruplex erit in inferno

fuerat/ dicit causa Babilon quia confusa est
cum fuerit/ Et io ietuna confusione erit
Ier. x. Cognita dicitur confusio tua que ha
bitas in confusione

Et post hec vidi/ hic incipit
.18m capitulum Et sexta visio in
qua agitur de dampnacione malorum futura/
a primo siquidem libri et agit Iohannes de hiis
que fient contra ecclesiam a primo statu eius
usque ad finem mundi/ hic incipit agere
de hiis que fient contra membra ecclesie in
die Et post diem iudicii quia membra
predicta abstrahentur et placentur in luctu
in fine/ fama nostra in melius mutata
ascendent in gaudium paradisi/ In
hac sexta visione agitur de membris
predictis vel describitur pena quam habebunt
in inferno Et continet autem hec visio tria
capitula scilicet 18m 19m et 20m Et dividitur
hoc capitulum in duas partes/ in prima ponitur
casus babilonis id est malorum congaudens
In secunda ponitur exultacio sanctorum de vindicta
malorum ibi Exulta super eam/ ipsa
parte procedit Iohannes hoc modo/ primo de
scribit casum Babilonis/ 2o docet ca
nendum ex abeo/ 3o describit fletum
et planctum malorum in consolacionem/ vo
lens autem Iohannes ostendere penas quas
pacientur impii in inferno pro singulis
peccatis/ primo agit de pena bestie et
pseudo prophete/ 3o de pena dyaboli
quo dampnato erit finis/ ut autem maior
fides adhibeatur ipsius omnis ista dam
pnacionem apostolus fuisse predictam dicit ergo
Et post hec id est post quas visiones
de quibus actum est usque huc/ vidi spiritu
ali visione/ angelum alium id est Christum qui
dicitur angelus sicut dictus est a patribus des
cendentem in carne/ de celo id est de invisibili
deitatis descensu dicitur in principio dicitur in

inclina celos tuos et descende ysa.
lxiv. utinam disrumperes celos et des
cenderes/ habentem potestatem magnam id est
equalem patri licet occulta tunc
ysa. xlv. vere tu es deus absconditus
In secundo adventu erit manifesta potestas.
Matthei 24 e. venient cum potestate magna
et maiestate/ Et terra id est ecclesia sita
in infima super nichil fundata/ fuit
stabilita cultu et accione fecunda
varietate spinosa/ illuminata est a gloria
eius id est a presidencia ipsius Christi qui
sibi gloriam reddebat/ inmaculata
quam faciebat sanctitatis vite eius/ Luce.
13. omnis populus gaudebat in
universis que gloriose fiebant ab eo/ ysa.
9. habitantibus in regione umbre
mortis lux orta est eis/ vel terra
id est humana natura illuminata est a gloria eius
id est a deitate sibi causa uniente in uni
tate persone/ Psalmus in nobilitate tua de
duxisti me et cum gloria assumpsisti me id est
meam naturam dicit David/ ysa. lx.
Surge illuminare Ierusalem quia venit
lumen tuum et/ vel terra id est fidelis anima
illuminata est a gloria eius id est a fide deitatis
data/ que facit filium dei quod est gloria magna
Iohannes 1. dedit eis potestatem filios dei
fieri qui credunt in nomine eius Et clamavit ex
cellenter predicando in forti voce id est
audacter et constanter sine omni timore
et dubitacione quia quod dixit non caruit
effectu unde ysa. lv. verbum meum quod e
greditur de ore meo non revertetur ad
me vacuum sed faciet quecumque volui
sicut dicit ysa. lviii. predicatori Clama
ne cesses quasi tuba exalta vocem
tuam et annuncia populo meo scelera
eorum dicens/ cecidit Babilon magna
id est congregacio mala confusione digna/
geminatur ubi cecidit notatur duplex

Margin: 1us; a.; b; 1a pars; 2o; c; 3us; d

a Adventus Christi duplex

b Ecclesie descripcio
c Deitas illuminavit humanitatem et animam
d Casus malorum est duplex

casum primo cum cecidit per peccatum Et pos
tea in infernum/ vel bis dicit cecidit propter
duplicem dampnationem eius .s. ut dicit
Glosa. vii. Ier. ia. Duplici contritione
contere eos pro. opinant sicut dyo-
ploys de qua .s. sua./ vel geminatio ubi
eadem notatur dampnationis continuitatem
ut dicit Glosa. vel forte geminatur
cecidit dampnationis ondit geminatio
ubi .s. peccatum obmissionis et peccatum
transgressionis eius/ vel peccatum spirituale
et peccatum carnale per que fit homo ha-
taculum demonum/ vii. q. assignans
causas subiungit Et facta est habitatio
demoniorum per peccata Et ideo dicit Glosa.
Et custodia omnis spiritus immundi et
volucris immunde Et odibilis/
.i. sedes et locus seu receptaculum
peccatorum carnalium et spiritualium/ per que
demones habitant in homine sicut pre-
dictum est vii Glosa. demones in primis
cordibus peccantium illecebris sicut immundi
prius e elatione volucres/ et odibi-
les. Eccli. x. Odibilis coram deo et
hominibus superbia Et execrabilis omnis
iniquitas gentium/ Custodia autem dicit
quia propter contemptum confessionis peccatum in
corde custoditur Osee. 13. Colligata
est iniquitas effraym. absconditum est
peccatum eius/ hec custodia mala est
quia inde habetur pena eterna vii sequitur
Ibi/ dolores parturientis venient ei
vel forte ideo dicit custodia quia tales
depositum dyaboli bene custodiunt Et
seipsos eadem dyabolo custodiunt vii
ysa. 3 Iudeo. In domibus eius erit cubile
draconum et pastura strutionum Et
occurrent demonia/ Ier. 1. habitabunt dra
cones cum faunis sicariis Et in
habitabunt in ea strutiones quia

hec quia de vino fornicationis eius
.i. deformatione corporali vel spirituali
per quam vastat deus. biberunt omnes
gentes omnes Et reges terre cum illa
fornicati sunt .i. maiores sicut minores
peccaverunt/ ysa. 3. Et erit sicut populus
sic sacerdos sicut servus sic dominus eius
sicut ancilla sic domina eius/ de hac
fornicatione dicitur in psalmo. perdidisti omnes
qui fornicantur abs te Et mercatores terre
Glosa .i. avari qui animas suas ven-
dunt ambitione seculari Eccli. x.
Nichil iniquius est quam amare pecuniam
hic enim et animam suam venalem habet
quoniam in vita sua proiecit intima sua.
de virtute delitiarum eius divites
facti sunt Glosa .i. de operibus per que acquirunt
divitie quia omnis dives iniquus.
Eccli. xi. si fueris dives non eris im-
munis a delicto/ de hiis divitibus
dicit psalmus divites eguerunt et esurierunt
Iaco. 4. divitie vestre putrefacte sunt
psalmus Melius est modicum iusto super
divitias peccatorum multas/ Et audivi
aliam vocem de celo dicentem/ de destructione
civitatis babilonis monet amicos ac
sponsos malorum quatenus ne inolvantur
malis actibus per quos fit casus
dicit gregorius Et audivi .i. intellexi aliam
vocem .i. divinam inspirationem vel per epi
vel suorum predicatorum/ que dicit alia
quia cum prior sit de malorum correptione
hec est de bonorum cominatione/ de celo
scilicet .i. per celo .i. per ecclesiam que in terra
conversatur in fidelibus tamen dignius quam ecclesia
est casta electos .i. domus solis sicut dicit
ysa. 19. domus solis vocabitur una/
dicentem Exite de ea populus meus
.i. de consortio viciis sive divisi
malicia populus meus .s. ne fiat

e Divites qui sunt dicuntur immundi et volucres
f Custodia demonum quia sequitur

§ Avari dicuntur mercatores

ponit eius dolorem et penam p(?) ... quam sibi fecerunt

opera eius. Et ne participes sitis delictorum eius. consenciendo eis nam facientes et consencientes pari pena constringuntur. Et de plagis eius non accipiatis q. d. si non fuistis socii in vita non eritis socii in pena. Jer. li. Egredimini de medio eius populus meus ut salvet unusquisque animam suam ab ira furoris domini. Num. 16. Recedite a tabernaculis hominum impiorum et nolite tangere que ad eos pertinent ne involvamini in peccatis eorum. Quoniam pervenerunt peccata eius usque ad celum q. d. propter hoc fugite a consorcio malorum quoniam pervenerunt peccata peccatorum usque ad celum. i. ad tantum ad eos devenerunt quod plus crescere non possunt vel usque ad contemptum dei, per desperacionem et blasphemaciones et peccatorum enormitatem. Gen. 18. Clamor sodomorum et gomorreorum multiplicatus est. Et peccatum eorum aggravatum est nimis. Jer. li. Curavimus babilonem et non est sanata. derelinquamus eam et eamus unusquisque ad terram suam quoniam pervenit usque ad celum iudicium eius. i. peccatum per quod iudicanda est. Et elevatum est usque ad nubes. Et recordatus est dominus iniquitatum eius. qui prius videbatur oblitus tum permittendo, parcendo, dissimulando peccata hominum propter penitenciam ut dicitur Sap. 11. Sed abutuntur eius paciencia quia ipso dissimulante et supportante ipsi audacius peccant. unde Job 24. Dedit ei dominus locum penitencie et ipse abutitur eo in superbiam. Eccl. 8. quia non profertur cito contra malos sententia absque ullo timore filii hominum perpetrant mala. tamen peccator ex eo quod centies facit malum. Et per pacienciam sustentatur. ego cognovi quod erit bonum timentibus deum. Reddite. tercia(?) admonicio ad sanctos ut fugiant babilonis penam eius condampnacionem. Et assignat tria que debent improperari malis que fecerunt istos. primum est pena culpe respondens. 2m est ut sicut ipsi mala fuerunt inferentes in persequendo sanctos ut fierent in paciencia in sustinendo penam. Et sic duplicatur pena quia inventus vertitur(?) in paciencia, et prius sumat pena. 3m est ut secundum mensuram voluptatis male mensuretur tormentum pene. Dicit ergo dominus ad sanctos qui hic modo affliguntur a malis, Reddite illi. s. babiloni i. malorum congregacioni, que vos compunit et affligunt. sicut et ipsa reddidit vobis. i. sicut ipsa vos punivit iniuste, ita vos ipsam iuste puniendam committatis pena quam sancti modo sustinent et aggravatam in pena que imminet malis futura erit ad dampnacionem. unde Osee. sicut vindictam meam de vobis qui peccatum exercuit ad suscitate(?) sic vos iniuriam meam vindicate in illis ad eorum dampnacionem. Et duplicate duplicia. i. punientes in miciare(?) in corpore et anima, licet ipsi tunc corpore vobis penam intulerint, anime tamen nocere nullus potest. Mt. 10. nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Et ne forte aliquis putaret quod ipsi non meruissent duplicem penam, ista Jo. dicit. secundum opera eius. Glo. i. sicut ipsi peccaverunt, licet enim ipsi tunc modo nocuerint sanctis in corpore, ipsius tamen modo (?) i. voluntate et opere peccaverunt. Et ideo iuste in anima et corpore punientur. Jer. 16. duplici contricione conteret eos. Jer. 1. Reddite ei

a pena triplex malorum
b pena malorum duplex

Deutro 32 consumentur fame et devorabunt eos aves morsu amarissimo

miscete illi duplum

pro operibus suis in ipso omnia que fecit facite illi. In poculo quo miscuit vobis, peccatum duplicite scilicet in corde et in via, peccatum habitum iniciate, vel duplum dicit quia peccatum habuit exterius et in peccato [illegible] interius, sine igne exterius et interius [illegible]. Quantum glorificavit se honores appetendo vel in honore gloriando. Et in deliciis fuit carnalibus scilicet et spiritualibus indebite delectando, tantum date illi id est tantum iniciate, tormentum et luctum. Glossa: tormentum in corde, luctum in alia vita. Tormentum videt deliciis, luctus glorie. Et ideo quia tamen [illegible] non dicit sicut hic equalitate quantitatis sed proportionis generis, hoc est dicere quod [illegible] peccavit puniendus, [illegible] exigentiam culpe puniendus [illegible]. Ysa. 27. In mensura contra mensuram cum abiecta fuerit iudicabo eam. Matthei 7. Eadem mensura qua mensi fueritis remetietur vobis. Deuteronomio 25. Iuxta mensuram peccati erit et plagarum modus. Causa quare tanta dampnacio Babilonis est superbia, unde subdit: Quia in corde suo dicit superbiendo et gloriando de bonis [illegible] sibi attribuendo: Sedeo ut regina, id est de honore et dignitate mea moveri non timeo. Et vidua non sum, quia multos habeo consolatores et multas consolaciones. Et luctum non videbo, quia in mundi [illegible] prosperitatibus eum peccatorum suorum non recordantur [illegible], ut nec spoliari prosperis timeant, nec [illegible] contra quos dicitur Job 21. Ducunt in bonis dies suos et in puncto ad inferna descendunt. Ecclesiastici 11. In die bonorum ne immemor sis malorum et in die malorum ne immemor sis bonorum. Quia facile est coram deo in die obitus

retribuere unicuique iuxta vias suas. Et ideo id est [illegible] iactantie et superbie in una die scilicet in die iudicii venient plage eius, id est ultiones debite peccatis suis. Et que sunt ille plage ostendit: Mors id est carencia visionis dei que est vita animarum. Et luctus pro acerbitate penarum. Et fames id est defectus omnis boni. Hec tria videntur tribus quibus se iactant, quia dixerant: Sedeo ut regina, contra hoc ponit futuram mortem eternam, de qua dicitur Psalmus: Sicut oves in inferno positi sunt, mors depascet eos. Contra hoc quod dixit vidua non sum ponit famem futuram scilicet consolacionis et omnis boni defectum, de qua fame dicitur Deuteronomio 32. Consumentur fame et devorabit eos mors amarissima. Contra hoc quod dixit luctum non videbo ponit luctus eternus, de quo dicitur Matthei 8. Ibi erit fletus et stridor dentium. Et tantum multiplicabitur fletus ille quod lacrime ille tam calide erunt quod comburent corda, sicut dixit quidam de patribus discipulo suo: Ploremus hic, mi fili, antequam veniamus ad locum ubi lacrime comburent corda. Primus luctus sine [illegible] lacrime [illegible] futuras, nam qui modo plorant non plorabunt in futuro, sed proculdubio ridebunt. Luce 6. Beati qui nunc lugent quoniam ridebunt. Contra qui nunc rident in futuro plorabunt, unde ibidem: Ve vobis qui ridetis [illegible]. Proverbiorum 14. Risus dolore miscebitur. Et extrema gaudii luctus occupat. Sunt autem [illegible] genera lacrimarum que hic habentur [illegible]. Prime sunt lacrime contricionis que fiunt pro peccatis propriis, de quibus Psalmus: Lavabo per singulas noctes [illegible]. 2e sunt lacrime compassionis que fiunt pro peccatis et miseriis aliorum, de quibus dicitur Ieremie 9. Quis dabit capiti meo aquam et oculis meis fontem lacrimarum ut

§ Talis perpetua iactantia debet [illegible] pena

ut ploreim nocte et die interfectos filie
populi mei. Tertie sunt lacrime deuotionis
que sunt ex consideratione bonitatis dei de
quibus dicitur in psalmo Cibabis nos pane
lacrimarum et potum dabis nobis in la-
crimis in mensura. Prime signate sunt Exo·
13· per aquas uetoch (?) / 2° Reg· 2· per
aquas iericho / Tertie 1 Par· 23· per aquas
bethleem quas sitiebat dauid aqua
de lacu naze· d· Quis mihi daret in potum
aque de cisterna que est in bethleem iuxta
portam / Contrite lacrime sunt doloris / pro dolatio (?)
huius iudicie penitus / Tren· 1· Et lacri-
mis in maxillis eius / Quarte sunt lacrime
amoris / ex desiderio patrie de quibus
dicitur in psalmo Super flumina babilonis Job·
16· Oculus meus stillat ad deum hec
due uere signate sunt Josue 15· Et Ju-
dicum 1· Irriguum superius et inferius quod
dedit caleph axe filie sue / Hec sequitur
quinta lacrimarum sunt quinque porticus pro-
batice piscine in qua lauabat ho-
stie duo offendere / ubi descendens an-
gelus domini mouebat aquam / Et quando
cum descendebat in eam sanabat Joh·
5· Et igne comburetur eterno Mt· 25·
Ite maledicti in ignem eternum Ysa ultimo
Ignis eorum non morietur nec poterit
tabula resistere / Anima fortis est deo
Glo· 1· precibus non flectitur / Pro· 6· Zelus
et furor uiri non parcet in die uindicte
nec acquiescet cuiusquam precibus nec recipiet
et pro redemptione dona plurima / Et uere
fortis est deus qui iudicauit istam ba-
biloniem reginam / Omnis enim sine acce-
ptione personarum sua iusta iudicabit / Et
quanto maiores fuerint tanto grauius punientur
aliis paribus / Sap· 6· Judicium durissimum
his qui presunt fiet. Exiguo autem
conceditur misericordia / Et potentes potenter tormen-
ta patientur / non enim subtrahet personam

cuiusquam deus / qui omnium dominator
nec uerebitur magnitudinem cuiusquam / Fere
hoc totum quod hic dicitur scriptum est Ysaia
47 ubi ysayas loquens de babilone
dicit / audi hec delicata audiens (et habitans)
confidenter que dicis in corde tuo ego
sum / Et non est preter me amplius / non sedebo
uidua / Et ignorabo sterilitatem / ueniet
tibi subito hec duo in una die sterilitas
et uiduitas uniuersa / uenient super
te propter multitudinem maleficiorum tuorum
Et propter duritiam incantatorum tuorum
Et flebunt Glo· 1· dolorem in illa pa-
tiet quia in illa fuerunt sedati / Et plan-
gent se super illam reges terre Glo· 1·
principes seculi dolore cordis ondet (?)
Et ita duplex dolor hic exprimitur
quod flebunt domines huius mundi / unus
interior et conscientia in remordere eos de
malis que fecerunt et de bonis que
obmiserunt / Et alius exterior igne
cruciante et comburente corpora eorum que
in deliciis uixerunt / Et illam primam
sed facere noluerunt / Joel· 1· Flete et
ululate qui bibitis uinum in
dulcedine / Mt· 24· Tunc plangent omnes
tribus terre / Erit autem planctus iste continuus
et inconsolabilis / unde Eze· 19· Fili hominis
assume planctum super filios israel.
Et in fine eius planctus est et plan-
ctus erit· quasi dicat· planctus continuus
erit et inconsolabilis / Jer· 31· plorans
filios suos noluit consolari quia non
sunt / Item dicit Joh· qui sunt illi re-
ges qui ita debent dolebunt· dicit
Qui cum illa fornicati sunt Et in
deliciis uixerunt· abutendo eis
1· Thi· 5· uidua in deliciis uiuens
mortua est per uia (?) morte / Et ob-
noxia fit· Pro· 19· non decet stultum
delicie quando sui nescit uti Job· 30·

a· Dimitu (?) dolor est duplex

et spiritualibus delicias computabant / filii stultorum et ignobilium. Eccl. 1. Supra posui in corde meo vadam et deliciis affluam et fruar bonis. Et vidi quoniam hoc esset vanitas. Risum quoque reputaui errorem / vel reges terre dicuntur illi qui bene rexerunt terram suam id est uitam suam et carnem suam, tamen aliqui fornicati sunt corporaliter vel spiritualiter. Et ideo dolebunt quia illos quos sic videbunt vel audient punciendos, nunquam similes fuerunt. Et huic fine concordat quod dicitur. Cum viderint etc. Dolebunt reges terre cum viderint fumum incendii eius fumo suo / de quo ysa. 33. Contenerent torrentes eius in picem ardentem nocte et die. Et non extinguetur in sempiternum. Et ascendet fumus ignationis et ignatorum. Longe stantes propter timorem tormentorum eius / Sed in quo statu erunt reges isti. Scilicet in inferno quando ergo longe stabunt / scilicet in celo quia videbunt. Solucio quam dat Glo. exponit hoc de malis regibus. Et tunc dicendum est quod erunt in inferno cum babilone id est in pena cum mundanis. Et stabunt longe voluntate sed non actu ut dicit Glo. quia vellet fugere sed non poterunt / ita videbunt tormenta quod non solum videbunt in aliis sed etiam ipsius sentient in seipsis. Sicut intelligatur / hoc de bonis regibus qui terram suam bene regunt. tunc potest dici quod in mundo stantes dolebunt de peccatis malorum quia audient ipsos patientes et passuros. Et dicitur quod nunquam similes illis fuerunt. Vel aliter quare in inferno videbunt penam illorum dicitur quod oculis fidei dentes ipsi maiores adhuc viuentes. Scilicet debemus intelligere / vel iam in inferno lugentes.

scilicet de malis accipiatur. Ve ve ciuitas illa magna babilon que est mundus seu omnium malorum congregatio. Ciuitas illa fortis ad mala facienda sed debilis ad bona. Sequitur fortitudinem dicit ysa. 5. Ve qui potentes estis ad bibendum uinum / et viri fortes ad miscendum ebrietatem. ysa. 40. Qui sperant in domino mutabunt fortitudinem. Et dicit bis, ve ve in inuicem duplicem penam malorum scilicet in corpore et anima ut dicit Glo. Jer. 17. Duplici contritione contere eos. Eze. 16. Accidit est post omnem maliciam, ve ve etc. dicit dominus deus. Quia una hora id est subito uenit iudicium tuum particulare quod sit in morte. Et generale fiet in fine mundi / quod similiter subito ueniet et cito. Joel. 2. Vestra vicissitudinem reddam cito velociter. Job. 21. Ducunt in bonis dies suos et in puncto ad inferna descendunt. Et negociatores terre flebunt et lugebunt super illam babilonem scilicet dampnatam quia merces eorum nemo emet amplius. Sed nunquid tunc mercatores siue negociatores habebunt merces ad vendendum / Contra de quibus negociatoribus loquitur Joh. Solucio Glo. dicit quod Joh. loquitur de utrisque negociatoribus scilicet de temporalibus et spiritualibus. Aliter cum negociatores qui in mundo merces suas et negociationes fraudulenter fecerunt et per fraudem diuicias congregauerunt / dolebunt in morte. Et in iudicio et in inferno / de hoc quod omnino destituentur diuitiis vel deliciis in quibus posuerant amorem suum et gloriam / videbunt se expositos paupertati et dolori et angustie / majoreum dicit Glo. flebunt et lugebunt

b mercatores sunt duplices

quia illa penitus dolebunt in quibus suam
deputabant prosperitatem. Et non poterit
amplius emere neque vendere quia eorum
vita erat. Prov. xi. Non proderunt divi-
tie in die ultionis. Eze. 7. Argentum
eorum et aurum non valebit liberare
eos. Vel spirituales negociatores.
Et mali sunt qui celum dant pro terra ut
avari; eterna bona pro caducis ut am-
biciosi; iusticiam pro pecunia ut advo-
cati; gloriam dei pro laude humana ut ypo-
crite; sacramenta pro denariis vel alia
spiritualia pro temporalibus ut symoniaci.
De quibus dicitur Eze. 27. Negociatores
tui [illegible] diversarum ar-
gento ferro stagno plumbo impleve-
runt nundinas. Argentum dicit sapientiam
secularem; ferrum potenciam temporalem; stagnum
dicit simulationis simulacrum; plumbum vero
carnalem delectationem. Contra hec ne-
gociantur multi qui postea tanto
amplius dolebunt quanto plus
debita ea dilexerunt. Eze. 27. Ne-
gociatores populorum sibilabunt super te
ad nichilum deducta es et non eris
in sempiternum. Duplicatur autem ubi cum
paciens adiectum quia tales plorabunt
in morte de duobus scilicet de amissione
rei amate et cum tanto labore ac-
quisite et de pena pro amore rei illicite
inflicta. Io. 2. Auferte ista hinc
et nolite facere domum patris mei domum
negociationis. Contra quod scriptum est domus
mea domus orationis vocabitur vos
autem fecistis illam speluncam latronum.
Zacha. ultimo. Non erit ultra mercator
in domo dei exercituum. Iohannes
merces illas in quibus maxime delec-
tantur sunt isti mercatores seu negocia-

tores de quibus amissis dolebunt. Et
primo ponit illas quibus abusi sunt
scilicet superbiendo et usu in acquirendo retinendo
vel expendendo. Scilicet merces auri quia
[illegible] vena merces eorum nemo emet
amplius quia tam viles reputantur quo-
tare et preciose quia sunt merces auri. Et
argenti nemo emet et lapidis
preciosi quia altior est carbunculus et
margarite vel alius cuiuslibet lapidis
preciosi. Et byssi quod est linum egipti
candidissimum. Et purpure et serici
et cocci qui est flos unde fit tinctura
pulcherrima supple merces horum nemo
emet quia valde cara et desiderabi-
lia. Et omne lignum cedrinum nemo
emet. Et omnia vasa eboris et lapi-
de precioso facta vel ornata nemo
emet. Et cinamomum et [illegible] nemo
quibus delectatur odoratus et gustus nemo
emet supple merces odoramentorum
quorumcumque. Et ungentorum et thuris.
Et thuris olei et vini et simile
et tritici et iumentorum et ovium et equorum
et redarum id est quadrigarum. Et manci-
piorum et animarum hominum id est vivorum
hominum mortuorum scilicet horum nemo e-
met. Per hoc autem quod dicit animarum
hominum innuit ut dicit Glo. quod
quidam venduntur sive fiunt servi tem-
poraliter ut Ioseph. Quidam autem spiritualiter et
temporaliter ut egiptius venditus
iudeis eorum ritum et cultum custo-
diens vel paganus eorum ydola
colens ut [illegible] Dum illi
qui tamen temporaliter serviunt emptoribus suis
et non mente sicut Ioseph serviunt
Pharaoni corporaliter sed mente deo. Ani-
mas hominum dicit qui serviunt. Et

c Mercatores sunt spirituales et multiplices.

a Servi sunt duplices.

